



556

ALBERNIA
IN LIBROS
METHEORUM
ARISTOTELIS

85


Vol 200
no 85








i18545403






Cat. Inc. 176

Q. 26
C. 4

EXPOSITIO MAGISTRI PE-
tri de Aluernia super quattuor li-
bris metheorum Aristotelis.





Incipit expositio magistri Petri
de aluernia super quatuor libris me-
theorum Aristotelis.



Icut in rebus naturalibus
nihil est perfectum dum est
in potentia: sed solum tunc
simpliciter perfectum est
quando est in ultimo actu.
quando uero eum medio se
habes fuerit inter puram potentiam et purum
actum tunc est quidem secundum aliquid perfectum
non tamen simpliciter. Sic & circa scientiam acci-
dit: scientia autem que habet de re tantum in
uniuersali non est scientia completa que est
secundum ultimum actum nam aliquis scit aliquid in
in uli & scit quidem aliquid in actu eorum que
sunt in propria ratione eius. Alia uero ne-
scit in uniuersali sed solum in potentia:
puta qui cognoscit hominem solum secundum
quod est animal. solum scit sic partem diffinitio-
nis hominis in actu. scilicet genus eius. dicitur autem
constitutiuas species non dum scit actu sed po-
tentia tantum. unde medium est quod comple-
tum scientie requirit quod non: sicut in com-
bus: sed quod procedat usque ad species. indiui-
dua enim non cadunt sub consideratione arti-
non enim est eorum intellectus sed sensus.
Quia igitur aristoteles in libro de generatione
determinauerat de transmutationibus ele-
mentorum in com: necessarium fuit ad comple-
mentum scientie naturalis determinare de spe-
bus transmutationum que accidunt circa ele-
menta: & de his determinat in hoc libro
qui intitulatur meteorologicorum. Est igitur
intentio eius in hoc libro determi-
nare de transmutationibus que accidunt cir-
ca elementa secundum singulas species. Et ad mani-
festandum suam intentionem premitit premissum
In quo tria facit: primo enim enumerat
ea de quibus determinatum est in libris scientie
naturalis precedentibus hunc librum. Se-
cundo manifestat de quibus in hoc libro
sit agendum ibi. Reliquum autem pars huius. Ter-
tio ostendit de quibus in consequentibus li-
bris restat agendum ibi. Pertransientes autem
de his. procedunt autem hunc librum secundum ordi-
nem in scientia naturali tres libri. scilicet liber
physicorum. liber de celo & mundo: & li-
ber de generatione. unde tria facit: primo
ostendit de quo sit actum in libro physico-
rum. In quo quidem quantum ad duos primos li-
bros eius agit de causis nature. & hec

tangit concludens ex determinatōe pceden-
cium librorum, cum dicit.



E primis quidem igitur
causis nature: & de om-
ni motu naturali: adhuc
aut de secundum superiorem la-
tionem per ornatis astris & de elementis
corporeis quot & que: & de ea que in-
uicem permutatioe & de generatione &
corruptioe com dictum est prius.

Et intitulantur prime cause nature: pri-
ncipia ailla que sunt materia forma &
priuatio: & etiam extrinseca genera causarum
scilicet materia forma agens & finis. In tri-
bus autem libris sequentibus physicorum agi-
tur de motu in generali. & hoc est quod sub-
dit. & de omni motu naturali. Secundus scientie
naturalis est liber de celo. in eius pri-
ma parte. scilicet duobus primis libris agit de
celo et stellis que mouentur motu circulari
Et quantum ad hoc dicit. adhuc dictum est
de astris per. i. ualde ordinate dispositum
secundum superiorem latitudinem. scilicet secundum motum circulari
quo mouentur omnia corpora. In secunda autem parte eius
de libro. scilicet capitulo. iiii. determinat de
numero elementorum & de motu locali
ipsorum. & quantum ad hoc dicit. & de elemē-
tis corporeis quot & que sint. dicit autem
elementa corporea: ad dicitur primorum pri-
ncipiorum. scilicet materie & forme que non sunt
corpora sed corpus elementa seu principia
ignis autem & aqua & terra & corpora ex-
trema sunt: sunt aliorum corporum elementa.
Tertius liber scientie naturalis est li-
ber de generatione. in quo determinat de per-
mutatioe elementorum in inuicem. in secundo
libro de generatione & corruptione in com
in primo libro: & hec tangit contra cum
dicit. & de ea que inuicem. de inde cum dicit.

Reliqua autem pars huius methodi est ad-
huc consideranda: quoniam omnes priores
meteorologiam uocabant.

Manifestat de quo sit in hoc libro a-
gendum. Et circa hoc duo facit. primo
ponit nomen consuetum huiusmodi do-

Colligitur ex istis textibus
quod in libro de celo & mundo

Colligitur ex istis textibus
quod in libro de celo & mundo

Reliqua

Colligitur ex istis textibus
quod in libro de celo & mundo

tangit quod determinat
hoc libro

magister

magister

magister

magister

Libri meteorologicorum Aristotelis in quod determinat
de transmutationibus meteorologicis dicitur in
libros per se determinat
de transmutationibus per se determinat
de determinat de causa transmutationis
met. s. p. p. in p. determinat de causa
met. s. p. p. in p. determinat de causa
determinata per se in libro per se determinat

Arine. Secūdo enumerat ea que in hac doctrina continentur. dicit ergo primo q̄ reliqua huius methodi sciētie naturalis q̄ premāibus hēmus restat adhuc considerāda q̄ oēs priores ip̄o uocabant meth eorologicam a metheorō quod est excessus uel eleuatio: & logos quod est sermo siue ratio: quia confiderantur in hac doctrina ea que in excelsis generantur. sicut stelle cadētes stelle comete ignes & alia huiusmodi. quāuis alia quedam considerētur sicut fulmina terremotus & alia huiusmodi. Sed quia ea que fiunt in alto sunt mirabilia & magis desiderata: ideo ab eis tota doctrina nomen accepit.

Secundo ibi.

Hec autem sunt quecunq̄ accidunt secundum naturam quidem inordinatorem: tamen ea que primi elementi corporum circa locum maxime propinquum lationi astrorum de lacte & cometis & ignitis & motis fanthasmatis.

Enumerat ea de quibus in hac doctrina cōsideratur que uidetur in quatuor distinguere quedam enim sunt q̄ fiunt in loco supremo propinquo corpori celesti et hec primo tangit cum dicit. **Hec autem sunt scilicet de quibus adhuc restat considerandum quecunq̄ accidunt quidem secundum naturam: sed nō casualiter ut qdā putabāt inordinatōnē tñ in ea nata q̄ est primi elementi corporum idest corporis celestis q̄ dicitur elementum quia est pars totius uniuersi corporalis. licet non ueniat in compositionem corporis mixti sicut elementa. est autem natura nam secundum quam hic accidunt in ordinatōnē natura celestis corporis. quia ea que sunt in celesti corpore semper simpliciter se habēt: in huiusmodi autem transmutationibus corporum inferiorum accidit multa uarietas: p̄pter quā quidam crediderunt q̄ hīc non a natura sed a casu acciderunt: non confiderantes q̄ naturaliter fiunt: non solum que sunt semper sed etiam ea que sunt**

ut in pluribus que inquā accidunt circa locum maxime propinquum lationi astrorum id est astris circulariter motis. Et hec ponit ad differentiam subsequētium: & exemplificat dicens puta de lacte id est de obulo lacte q̄ dicitur galaxia & stellis que comete dicuntur & fantasmatis id est apparitionibus ignitis & motis que dicuntur stelle cadentes. Secundo cum dicit.

Et quecunq̄ ponemus utique aeris esse cōmunes passiones & aque

Enumerat ea que sub predictis fiūt scilicet quecunq̄ ponuntur esse passiones cōmunes aeris & aque quia ex materia aquea in loco aeris generatur uaporibus in aquam transmutatis.

Tercio cum dicit.

Adhuc autem terræ quecunq̄ partes & species & passiones partium ex quibus & de spiritibus & terremotibus cōsiderabimus omnes causas: & de omnibus que fiunt secundum motus horum: in quibus hoc quidem dubitamus: hec autem attingimus aliquo modo.

Enumerat ea que in infimo dicit dicens. adhuc autem dicens quecunq̄ sūt partes terre. puta oriens occidens septētrio meridies. spēs puta q̄ quedā terra est concaua & antrosa: & quedam firma & calcata. & passiones partium terre: puta q̄ quedam est sulfurea: quedā lapidosa uel aliquo modo dissoluta. ex quibus terre quondam rationibus: considerabimus omnes causas spericarum uentis. quorum differentia attenditur secundum diuersitatē terre. sed de terremotibus quorū & cause assignantur ex diuersa specie terre: & de omnibus que fiunt secundū motus horum id est uentorum & terremotuum: in quibus non omnia perfecte & secundum certitudinem tradere possumus. sed quedam sub dubitatione relinquimus ad utranque partem rationem inducentis & quibus non attingit aliquo modo ueritatem. Quarto ibi.

^{conferabimus causas}
Ad huc autē de fulminū casu & tifo-
nibus & incensionibus & aliis circu-
lationibus quecunq; propter coagu-
lationem accidunt passionēs ipsoꝝ
corporum.

Enumerat ea que ab alto in infimū
descendunt ex uentis causata. d. adhuc
autē dicemus de casu fulminū & tifo-
nibus que incidunt & dicuntur stiphī.
& incensionibus que circa huiusmodi
tisiones accidunt & aliis circulationi-
bus quecunq; propter coagulationes ac-
cidunt passionēs ipsoꝝ corporū scilicet
elementoꝝ. dicit autē hic quia tifo-
phones ex materia compacta generantur
cum quadā rectamine inducere. & mul-
ta alia similia accidunt tiphonibus ex
materia coagulatione cōpacta cum qua-
dam circulatione uel potest hec referri
ad iridem & alonem. i. circulum conti-
nentē solem & lunam & stellas que ac-
cidunt ex reuerberatiōe radiorū ad ali-
quā materiam spissam.

Pertrāsēntes autē his de his spe-
culabimur: si quid possumus secun-
dum inductum assignare de anima-
libus & plātis uniuersaliter & sigil-
latim. fere enim his dictis finis uti-
que factus erit omīs eius que a prin-
cipio nobis electionis.

Ostendit quid restat agēdū in libris
sub sequētibus & dicit. q̄ postquā per-
transierimus de his q̄ dicta sunt. tūc
speculabimur q̄ n̄m posse modo indu-
cto in libris precedētibus scilicet non
recipiēdo terra: sed causas inquiren-
do de animalibus & plantis & in uniu-
uersali & secundum singulas species.
& post res fere esse finis scientie nat̄
quā a principio elegimus tradere. dicit
autē fere quia non omīa naturalia abho-
mine cognosci possunt.

Lectio .11.



Scilicet igitur incipientes di-
camus de ipsis primo.
Quoniam enim deter-
minatum est prius ano-
bis unū quidem principium corpore:

Resumit ea q̄ dicta sūt in precedētibus libris

ex quibus constat circulariter lato-
rū corporum naturalia aut quattuor
corpora propter quattuor principia.
quorum duplicem esse dicimus mo-
tū. hunc quidem a medio hunc autē
ad mediū. Quattuor aut existētibus
his igne & aere & aqua & terra omī-
bus quidem his super his superemi-
nēs esse ignē: substās aut terrā. Duo
autē que ad ipsa his proportionabi-
liter se habēt: aer quidem enim igni
propinquior aliis: aqua autem terre.
Qui itaq; circa terram tota mundus
ex his constat corporibus. De quo
accidentē passionēs dicimus esse su-
mendum.

De fine elementorum

Completo prohemio in quo prius su-
am intentionem manifestauit. incipit
procedere ad suū propositū prosequen-
dum. & diuiditur in partes duas. in pri-
ma resumit ea que sūt necessaria ad co-
gnoscendū principia transmutationū
de quibus in hoc tractaturus est. in se-
cunda incipit de eis tractare. ibi. resu-
mentes igitur eas q̄. circa primū duo fa-
cit primo enumerat principia transmu-
rationū & dīctam eorum adinuicē. Se-
cundo ostendit quō se habent ad inui-
cem in causando. ibi. est aut ex necessi-
tate. dicit ergo primo q̄ prius determi-
natū est tam in libro de celo quā in li-
bro de generatione q̄ inter alia princī-
pia corporalia que sunt principia alioꝝ
rū corporū: unū est principium illorum
corporum ex quibus constituitur natu-
ra corporum circulariter motorum. s.
sperarū et stellarū. hoc aut principium
dicit ipsam quintā essentiā ex qua om-
nia huiusmodi formant. alia uero prin-
cipia corporalia inferiorū corporū sūt
quattuor ppter quattuor qualitates pri-
mas tangibiles que sunt principia agē-
di & patiendi scilicet calidum frigidū
humidum & siccum: quarum sunt tan-
tum quattuor possibiles cōbinationes.
nam calidus & siccus est ignis. calidus
& humidus est aer. frigida & humida
aqua frigida & sicca terra preter calidū
& frigidū humidū & siccū aliquid esse

Impossibile est. horū autē quattuor corporum sunt duo motus. unus quidem a medio mūdi sursum qui est motus leuium. scilicet ignis & aeris. alius autē motus est ad medium qui est motus grauium scilicet terre & aque. & sic est triplex motus corporum scilicet ad medium qui est grauium. & a medio qui est leuium. & circa medium qui est corporum celestium que nec sūt grauia nec leuia. leuium autē & grauium est quedā differentia: nam aliquid est leue simpliciter scilicet ignis qui supeminet omnibus. aliquid autē est graue simpliciter scilicet terra que subsidet omnibus. alia uero duo sunt secundum quid grauia & leuia. nam aer est leuis respectu aque & terre. grauis uero respectu ignis. aqua uero est leuis respectu terre: grauis autē respectu aeris & ignis. & ideo hec duo ad alia duo extrema proportionaliter se habent ut scilicet sicut aer est propinquior igni ita aqua ē propinquior terre sicut igitur patet quod iste mundus qui est circa terram constat ex quattuor corporibus. & huiusmodi mundi oportet nos in hoc libro passionem considerare que sunt transmutationes uarie in elementis inuenta.

Deinde cum dicit

Est autem ex necessitate ^{continuus} iste superioribus ^{rationibus} latioribus: ut ^{omnis} ipsius uirtus gubernetur inde. ^{Unde enim} motus principium omnibus illam causam putandum primam.

Ostendit quomodo principia predicta se habeant adinuicem in causando & dicit quod necessarium est quod iste mundus inferior ex quattuor consistit elementis sit cōtinuus superioribus latioribus id est corporibus circulariter motis: continuum autem accipit hic pro contiguo ut scilicet nihil sit medium inter ea cuius quidem necessitatis ratio ē. nō solum quia impossibile est locum uacuum esse. unde corpora oportet

corporibus contiguari. sed etiā propter finē ut scilicet tota uirtus inferioris mundi gubernetur corporibus superioribus. quod non essent nisi se tangerent. oportet enim quod agens corporale tangat passum et motum ab ipso. quod autē inferior mundus regatur a superioribus corporibus & moueatur: probat duabus rationibus quarum prima talis est causa mouens unde. scilicet est principium motus necesse quod sit prima causa. et hinc intelligitur per comparationē ad causam formalem & materialem. nam materia patitur ab agente. agens autē naturaliter est prius patiente: forma etiā est effectus mouentis qui educit materiam de potentia in actum: sed finis est prior agente quia mouet agentem non tamen semper est prior in esse. sed solū intentione. medium est autem corpus celeste inter naturalia esse primam causam quia eius incorruptibilitas & nobilitas demonstrat. oportet igitur quod corpus celeste respectu horum inferiorū unde et principium motus.

Secundam rationem ponit ibi:

Ad huc autem hic ^{perpetuus} quidem ^{motus celi} perpetuus & finem motus non habens locos sed ^{ad quos per reductionem motus celi qd finis est} semper in fine. Hec autē corpora omnia finitis distāt locis ab inuicem. Quare accidentium circa ipsum ignem quidem et terram & syn ^{genera his ut in materie specie. eorum} genea his ut in materie specie. eorum que fiunt causas oportet putare: subiectum enim et patiens appellamus hoc modo. Quod autem sit causa ut unum motus principium eam que semper motorum causa uirtutē.

Que talis est. motus celestis corporis est perpetuus: et hoc apparet ex ipsa dispositione loci. nam in linea recta ē accipere finem in actu. & ideo dicit quod motus circularis non habet finem secundum locum. et ne aliquis crederet propter hoc quod motus circularis esset imperfectus sicut motus rectus. antequā

ut ad impetionem
et una supoez

et dicit dicit

notus

hic probat

hic dicit 2
2e loria

ponit 2

perueniat ad finem subiungit q̄ mo-
 tus circularis semper est in fine. quod-
 libet enim signum datū in circulo est
 principium et finis. & ita motus circu-
 laris in qualibet parte ita est perfectus
 sicut motus rectus quando est in sui fi-
 ne. sic igitur apparet ex ipsa dispositio-
 ne loci q̄ motui celesti competit perpe-
 tuitas. Motus autem inferiorum cor-
 porum non possunt esse perpetui. quia
 inferiora corpora mouentur motibus
 rectis. motus autem rectus non durat
 unus continuus scdm̄ mēsuram magni-
 tudinis recte per quam transit. motus
 enim reflexus non est continuus ut in
 octauo phisicorum probatum est. Vnde
 cum oīa corpa inferiora distēt fini-
 tis locis ab inuicem: & nullum eorum
 sit infinitum ut probatum est in tertio
 phisicorum et in primo de celo. necesse
 est q̄ motus eorum sint finiti & nō per-
 petui. illud autem quod est perpetuum
 et semper conuenienter est motuum
 eorum que non sunt semper. unde ele-
 menta inferiora scilicet ignem & ter-
 ram & alia syngenea his idest congene-
 rabilia eis. scilicet aerem et aquam &
 que ex eis componuntur: oportet puta-
 re causas accidentium circa ipsum mū-
 dum inferiorem. ut in specie materie
 idest per modum cause materialis quia
 hoc modo appellamus q̄ subiectum &
 patiens. sed quod est causa dictorum ut
 unum principium motus id est per mo-
 dum cause mouentis est causandum id
 est existimandum essentie causam eam
 uirtutem que semper motorum id est
 corporum celestium que semper mouē-
 tur sicut agens ad patiens.

Sequitur tertium capitulum.

Resumit eas q̄ determinata s̄t



Resumentes igitur eas q̄
 a principio positiones &
 determinatas prius de-
 terminationes dicamus
 & de lactis fantasia: & de cometis &
 aliis quecunq̄ existunt his syngenea
 entia.

lectio. 3.



Stensio que sūt principia
 & que materialia passio-
 num de quibus intendit
 tractare. incipit nunc tra-
 ctare de eis. Et diuiditur
 in partes duas. in prima
 determinat de particularibus transmu-
 tationibus elementorum quibus secū-
 dum se transmutantur. In secunda
 parte determinat de transmutationi-
 bus eorum secundum q̄ ueniunt in
 compositionem mixti in quarto libro
 ibi. Quoniam autem secundum
 datum duo. & cetera. Prima autē pars
 diuiditur in duas. in prima enim deter-
 minat de transmutationibus siue passi-
 onibus elementorum que in alto acci-
 dunt. In secunda de his que accidunt
 in infimo. Et hoc in secundo libro ibi
 De marri autē & que natura ipsius &
 propter quam causam est falsa tanta
 que multitudo: ad huc autem. & cete-
 ra. prima autem pars diuiditur in tres.
 in prima dicit de quo est intentio. In se-
 cunda quedam premitit que sunt ne-
 cessaria ad subsequendum determina-
 tionem. ibi. Dicimus itaq̄ ignem & ae-
 rem & aquam & terram fieri ex inuicem.
 & cetera. In tertia incipit deter-
 minate de principali proposito. ibi.
 his autem determinatis dicit ergo pri-
 mo. dicendum est de phantasia lactis
 id est de apparitione lactei circuli: & de
 cometis. Et de aliis omnibus que sunt
 his syngenea id est generatiua ita ta-
 men q̄ resumamus positiones a nobis
 positas in prioribus libris & determi-
 nationes in eis prius determinatas ut
 mur ad propositum manifestandum cū
 opus fuerit.

Deinde cum dicit:

Dicimus itaq̄ ignem & aerem &
 aquam et terram fieri ex inuicem: &
 unumquodq̄ horum in unoquoq̄
 existere potentia: sicut & aliorum
 quibus unum aliquid & idem subi-
 citur: in quod etiam resoluuntur
 ultimum.

*Collige q̄ in alio est unum. & cetera
 ibi. ma in q̄ ultimo Resoluitur a iiii*

Resumit eas q̄ determinata s̄t

tauit q̄da q̄ p̄ s̄

Ca

1.

Premittit quedam que sunt necessaria ad subsequētia. et circa hoc duo facit: primo premitit aliquid quod pertinet ad transmutationem elementorū adinuicem. secundo de ordinatione eorum in mundo et specialiter de aere. Ibi primo quidem dubitabit. &c. Dicit ergo primo q̄ ignis & aer & aqua & terra fiunt exinuicem: quamuis empedocles contrarium senserit. et hic resumat ut probatum est in secundo de generatione. & huius rationē assignat quā unumquodq̄ elementorū est in alio in potentia. & que sic se habent ad inuicē generari possunt. ulterius huius rationem assignat quia cōicant in una materia prima que eis debetur et in q̄ntū sicut ultimum resoluuntur. omnia enim quorum materia est una cōmūis sic se habent q̄ unum eorum est in potentia in alio. sic cultellus est potētia in clauis: & clauis in cultello quia utriusq̄ materia cōmunis est ferrum.

De inde cum dicit.

Primo quidem igitur dubitabit utiq̄ quis circa uocatum aerem: quoniam oportet accipere ipsius naturā in mūdo/ambientem terram? & quomodo se habet ordine ad alia dicta elementa corporum.

Determinat de ordine elementorū et precipue aeris. et circa hec tria facit primo mouet questionē et dicit q̄ primo dubitatur circa corpus: corpus qd̄ uocatur aer quā naturam habet in mūdo qui ambit terrā utrum scilicet totū sit aer. & si nō quomodo ordinetur ad alia elementa. Secundo ibi.

Moles quidē enī utiq̄ terre quāta quedā utiq̄ sit ad ambientes magnitudines non inmanifestū. Iā enī uisum est per astrologica theorematā a nobis: q̄ multo etiā quibusdam astris minor est.

Ponit quedā circa ordinē elemētum manifesta quorū primū est de terra. s. q̄ nō est inmanifestum quāta sit moles terre p̄ cōpationē ad magnitudines ambiētes. s. celestiū corpū & aliorū elementorū. Iā enī appuit p̄ considerationes astrologicas q̄ terra ē mltō minor quā

busdā astris. & q̄ in cōpatione ad ultimū sperā optinet uicē pūcti. Secūdo proponit de aqua.

Aque. n. natā cōstantē & sepatā neq̄ uidem neq̄ cōtingit segregatā esse ab eo q̄ circa terrā locato corpe/puta a manifestis mari & fluminib⁹: & utiq̄ si qd̄ in pfundū imāifestū nob̄ ē

Et dicit q̄ nō uidemus aquā p̄ se cōstantē & sepatā a corpe locato circa terrā. s. a mari & fluminibus q̄ sūt manifesta nob̄ & cōgregatōibus aq̄rū si que sūt in pfūdo terre manifeste nob̄ qd̄a posuerūt nec etiā cōtingit aquā sic cōgregatā eo q̄ hūidū aqueū nō termiat nisi termino alieno. Iterum ibi.

Intermediū itaq̄ terre & ultimo rū astrorū: utrū unū aliqd̄ putandū fm naturā eē corp⁹ aut plā: & si plā quāta: & usq̄ quo deteriorata sūt locis.

Hic p̄sequē questionē suā iā motā. q̄rit id qd̄ est mēbrū. Et circa hoc duo facit: primo. n. onit q̄ nō totū spaciū qd̄ ē a sup̄mis stellis usq̄ ad terrā est plenū ali quo corpe. s. igneus aere aut utroq̄ sed supra hoc est aliqd̄ corpus preter ista. Scd̄o ostēdit quō ad illd̄ sup̄mū corpus alia corpa fm positionē ordinē ibi. reliquū aut. Circa prinū sic p̄cedit. primo dicit q̄ dubitū est utrū inter terrā & inter astra ultima q̄ dicunt nō errātia sed fixa sit putandū esse unū corpus secundū pprietatē nature nihil plā: & si plā quot sūt & ubi terient fm locū.

Secundo ibi.

Nobis quidē igit dictū est prius de primo elemēto q̄le fm uirtutē est & q̄a tot⁹ qui circa superiores latioēs mūd⁹: illo corpe plen⁹ ē: & hāc opinionē nō solū nos existiam⁹ hntes: uidet aut antiq̄ qd̄a existimatio ip̄a & priorū hominū. Dicit. n. ether antiquā accepit appellationē: quā Anaxagoras qd̄e igni idē putasse mihi uidet significare superiora plena igne eē & ille eā que ibi potētiā ethera uocari putauit: hoc qd̄e recte putas. Qd̄

et ille. 2. plato

ostendit de quāta p̄ t̄rit quāta

ad corpora p̄ficata

pb̄at

taq̄it p̄ta t̄rit q̄

q̄ nō ut motū p̄ p̄t̄it q̄ p̄t̄it q̄

taq̄it q̄ p̄ta dubitatio q̄ est utriq̄ mēbrū q̄ne celū & terrā q̄ it utriq̄ corp⁹ aut plā

salutē p̄ p̄t̄it q̄ p̄t̄it q̄

Repb̄at ali q̄ntas op̄t̄it de mūdū celū & p̄ t̄rit aliquid q̄ ta p̄ t̄rit p̄ de celo

taq̄it unū op̄t̄it de q̄ fuit anaxagore uicē q̄ q̄ntas q̄ q̄ntas q̄ q̄ntas q̄

Ca

n. sepcorp⁹ currēs sūt & diuinū ali-
 qd fm naturā uisi sunt existimare: &
 deteriauerūt noīari ethera: q̄ tale tā-
 quā nllī eorū q̄ apd nos exns idē. Nō
 n. utiq; dicem⁹ semel neq; bis neq;
 raro easdē opiniōes reiterare factas
 in hoībus sed infīnities.

Resumit q̄dā in li. de ce. deteriatū.
 qd ē q̄le fm uirtutē elm pmū. s. celestc
 corpus: & q̄ tot⁹ ille mūdus qui est cir-
 ca supiores latiores. i. q̄ mouet motu
 circulari ē plenus illocorpe oīa. n. corpa
 celestia ad naturā illius primī elemēti
 ptinet dicit. & q̄a p̄hi p̄ebāt cōtrariū
 ne sua opinio noua uideret subūgit q̄
 hāc opiniōnē nō solū ip̄e habuit: sed
 fuit etiā antiq̄ opinio primorū hoīm:
 illud ei corpus q̄ dī ether qd nos celū
 dicimus antiq̄ hēt appellatiōnē: sed A-
 nax. hāc noīatiōnē uidet putasse q̄ si-
 gnificaret idem q̄ ignis. accepit enī q̄
 ether diceret nō p̄pter sp̄ currere. i. cō-
 tinue moueri. sed ab etherin q̄ est arde-
 re q̄a supiora corpa credidit esse plena
 igne. & quīs in hoc male diceret ut im-
 probat: tamē hec recte putauit q̄ nihil
 etheris cōueniret cuidā potētie corpa-
 li q̄ est ibi p̄ter ista corpa. oēs enī antiq̄
 uisū sūt opinari. & determīauerūt illud
 corpus noīari ether q̄ semp currit id ē
 mouet: & q̄ est qdā diuinū. i. p̄petuū
 fm suā naturā: tāquā illud corpus nllī
 corpū q̄ sūt apud nos fit idē. nec est mī-
 rū: si hāc opiniōnē quā nos uidebatur
 de nouo assūpisse & antiq̄i habuerūt
 quia nos dicimus q̄ eedē opiniōes sunt
 recitate in hoībus postq̄ desierūt p̄ ne-
 glientiā studiū. nō tantū bis uel ter sed
 infīnities. hoc enī dicit scdm suā opi-
 niōnē qua putauit mundū & generati-
 onē hominū fuisse ab eterno: ut appet
 in prioribus libris. hoc enī supposito
 mediū fit q̄sdā artes & opiniōes a qui-
 busdā certis tp̄ibus incepisse. & opor-
 tet dicere q̄ multotlēs ul' magis infīni-
 tiē sūt destructe propter bella uel alias
 corruptiones & iterū reinuente:

Tertie ibi.

Quicūq; aut ignē purū esse ayūt
 q̄ ambies & nō solū lata corpa. qd
 aut intermediū terre & astrorū aerē.
 cōsiderātes utiq; nūc ostensa per ma-

Repando. i. q̄ozes op̄ozes anaxagore
 soluit q̄tionez p̄ motū. s. q̄t medūz
 vñ tāq̄ illos q̄ozes

thematica sufficienter forte utiq; de-
 sisterēt ab hac puerili opiniōe ualde
 enī simplex putare unūq; q̄ latorū
 esse parū magnitudinibus q̄a uide-
 tur aspiciētibus hinc nobis sic. Di-
 ctū est quidē igit & prius in his que
 circa superiorē locū theorematibus.
 Dicem⁹ aut eadē rationē & nūc Si
 enī & distātie plene igne & corpa cō-
 stant ex igne: ad nihilatū utiq; esset
 unumq; q̄ aliorum elementorū.

Ostēdit q̄ nō est unū horū inferiorū
 corpus q̄ superius circulariter mouet
 & circa hoc tria facit. p̄rio ostēdit hoc
 q̄tū ad ignē. secundo q̄ntū ad aerē ibi.
 at uero nec aer. Tertio quantū ad utrū-
 que. ibi. et etiā si duobus. circa primū
 sciendū est q̄ aliqui putauerūt solū cor-
 pora celestia delata scilicet solē & lunā
 & stellas esse nature ignee. qd uero est
 inter eas esse nature aeree. quidā uero
 posuerūt totum esse nature ignee sicut
 anaxa. dixit. dicit ergo q̄ quicūq; po-
 fuerunt nō solū corpa delata ignem
 purū sed totum ambiens scilicet omēs
 speras. & id quod est intermediū terre
 & astrorum est aer sicut a terra usq; ad
 orbem lune. & qd est desup totū ignis
 qui inquā sic debēt si cōsideraret ea q̄
 nūc sunt sufficiēter ostensa per mathe-
 maticas de magnitudinibus corporum
 forte desisterent a puerili opiniōe ual-
 de enī simplicis hominis est & in eru-
 diti putare stellas esse paruas magnitu-
 dinibus q̄ uident p̄ue nobis tā a remo-
 tis aspiciētibus. dictū est de his inferio-
 ribus theorematibus. s. in secūdo de celo
 sed etiā nūc eadē ratione dicemus ad
 destructionē predictē positionis. cū. n.
 corpa astrorū & sparū q̄i impportiona-
 bilr excedāt q̄ntitatē tre & eorū q̄ sūt
 circa trā: si nō solū corpa stellarū cō-
 starēt exigne sed etiā distātie q̄ sūt inter
 eas essēt plene igne iā olim adnihilatū
 eēt unūq; q̄ aliorū elorū p̄pter excessū
 ignis sup ea. Deinde cū dicit.

At uero neq; aere solo plena: multū
 n. utiq; excederet eq̄litate cōis analo-
 gie ad coelementaria corpa.

tangit Reptationez. i. q̄ozes

mat causaz ep
 quaz q̄bat
 rignaz opinioez
 utiq; nō

Supiora corpora
 magnitudinis: q̄ m
 p̄tēti.

re de olo

q̄m nō de alio m
 tangit Reptationez

ostendit utiq; p̄
 ex p̄m r a q̄

q̄l i p̄ntot
 cam quā hōm nō
 ex aritū ut q̄
 istē ambia nō a

Ca.

Ostendit idem esse de aere quantum ad aerem dicens. q̄ nōn est possibile q̄ ille distantie sint plene aere. multum est enim q̄ ad huc quantitas aeris multum excederet equalitatem analogie id est proportionis que debet esse comunis inter elementa ad hoc q̄ elementa conseruentur.

Deinde cum dicit.

Et etiam si duobus elementis plenus qui intermedium terre & celi locus est. Nulla enim ut est dicere ps terre est moles: in qua contenta est: & omnis aque multitudo ad ambientem magnitudinem. Videmus autē non in tanta magnitudine factum excessum molium: cum ex aqua disgregata aer fiat: aut ignis ex aere. Necessē autem eandem rationem habere quantam habet tantilla & parua ad factum esse aerem: ipsa & totum ad totam aquam.

Ostendit idem quantum ad utrumq̄ Et circa hoc duo facit. Primo ponit rationem. Secundo excludit quandam cauillationem. ibi. Differt autem nihil neq̄ si quis dicat quidem non fieri &c.

Dicit ergo primo q̄ etiam proportio debita elementorum non seruatur. si totus locus qui est medius inter terrā & supremum celum est plenus duobus elementis scilicet igne & aere quia moles terre in qua continetur etiam omnis aque multitudo quia nulla pars est habens proportionem ad totam magnitudinem ambientium corporum cum ad solam ultimam speram optinet uicem puncti secundum astronomos. Videmus autem q̄ cum ex aqua per disgregationem siue rarefactionē fit aer. aut ex aere ignis non est causatus imensus excelsus quantitatis. oportet autem ad huc q̄ conseruentur debita proportio in elementis q̄ eandem rationem id est proportionem habeat hec

I. parua aqua ad aerem factum ex ipsa. & tota aqua ad totum aerem. ut uidelicet quantum excedit quantitas aeris quantitatē aque ex qua fit tantum excedat in mundo quantitas totius aeris quantitatē totius aque.

Deinde cum dicit.

Differt autem nihil: neq̄ si quis dicat quidem non fieri hec ex inuicem equalia: tamen uirtute esse. Secundum hunc enim modum necessē se equalitatem uirtutis existere magnitudinibus ipsorum: quemadmodum utiq̄ si facta ad inuicem existerent. Quod quidem igitur neq̄ aer ignis tantum repleuit inter medium locum manifestum est.

Excludit quandam cauillationem dicens q̄ nihil differt ad propositum. si quis dicat secundum opinionem empedoclis. q̄ elementa non generantur ex inuicem. oportet enim secundum eius opinionem elementa essentialia proportionē uirtutis. unde sic oportet q̄ conseruetur essentialitas proportionabilitate uirtutis in magnitudinibus elementorum si non generantur ex inuicem. sicut si ad inuicem generantur: ultimo autem colligit q̄ dictum excludens ex dictis medium esse: q̄ nec aer tantum replet medium locum qui est inter terram: & supremas stellas: nec ignis sed preter hec duo elementa oportet supra esse corpus celeste q̄ nullum inferiorum est elementorum.

Sequitur quartū capitulū



Neliquum autem perscrutantes dicere quomodo ordinata sunt duo ad primi corporis positionem. Dico autem aeremq̄ & ignē.

Handwritten marginal notes in a cursive script, including phrases like 'in mundo', 'quantitas', 'virtute', 'manifestum est', 'cauillationem', 'proportio', 'elementorum', 'positionem', 'celi'.

Handwritten marginal notes on the left side, including phrases like 'ostendit idem', 'quantum ad aerem', 'intermedium', 'magnitudinem', 'factum excessum'.



Nost quā Philosophus ostēdit ignem & aerem non esse corpus celeste q̄ uocatur primum elementum: siue primum corpus. nūc intendit ostēdere quomodo ignis & aer se habeant ad illud primum corpus. Et circa hec duo facit. primo mouet hanc questionem & duas alias necessarias ad propositū. Secundo soluit eas ibi. Nos autem dicamus. prima diuidit in tres secūdu tres q̄stiones q̄s mouet. secūda incipit ibi. p̄pter quā causā. tertia ibi. de aere er. dicit ergo. primo q̄ post predicta relinq̄t p̄scrutar de ordine aeris & ignis ad primum corpus scilicet celeste ex quo ostensum est ipsum esse aliquid preter ista.

Deinde cum dicit

Propter quam causam caliditas a superioribus astris fit his que circa terram locis.

Mouet secundam questionem scilicet propter quam causam a superioribus stellis causetur caliditas in his locis qui sunt circa terram. Et hec etiam questio habet ortum ex premissis. uideatur enim secundum naturam esse q̄ simile generet suum simile. Si igitur corpus celeste nō est calidum quia nec est ignis nec est aer ut supra habitum est. remanet nunc in dubio quomodo a corpore celesti posset causari calor in istis inferioribus.

Deinde cum dicit

De aere igitur dicentes primo sicut supposuimus: dicamus sic & de his iterum. Si itaque fit aqua ex aere & aer ex aqua: propter quam quidē causam non constant nubes secundū superiorem locum. Conueniebat. n. magis quanto remotior a terra loc⁹ et frigidior. Quia neq̄ sic prope astra

calida existētia est neq̄ prope radios a terra refractos qui prohibēt prope terram constare disgregantes caliditate consistentias. ^{nubes} Fiunt enim nubium congregationes ubi desinunt iam radii propter spargi in immensum. ^{procul} Aut igitur non ex omni aere nata est aqua fieri: aut si similiter ex omni qui circa terram non solum aer est: sed uelud uapor: propter qd iterum constat in aquam. ^{procul} At uero si tantus existens aer omnis uapor est. uidebitur itaque multum excedere que aeris natura: & que aque. ^{procul} Niquidem superiores distantie plene sunt corpore aliquo: & igne quidem impossibile: quia exsiccarentur utique alia omnia: relinquitur autem aere & quod circa terram totam aqua: uapor enim aque disgregatio est: de his quidem igitur dubitatur sit hoc modo.

Mouet tertiam dubitationē que etiam ex premissis dependet. dixerat enim prius q̄ oportebit considerare quomodo sit accipienda natura aeris in uniuerso. Et hec ideo quia multa eorum de quibus determinaturus est generationem habent in aere: dicit ergo: q̄ sicut supra supposuimus oportet primo aliquid dicere de aere. & sic erit dicendum de aliis duabus questionibus motis. Vnde statim incipit mouere dubitationem ad naturam aeris pertinentem. Ostensum est enim in libro de generatione q̄ aqua fit ex aere. et e conuerso. Cum autem ex condensationibus nubium generatur pluuia: hoc est aerem conuerti in aquam. Querit ergo si aqua fit ex aere: & aer ex aqua quare in superiori parte aeris non inspissent nubes ad generationē aque. & inducit rōem ad hoc ostendendum q̄ hoc fieri deberet. multū est enim q̄ condensatio nubium fit ex frigiditate. nā sic

3. p. 5.
tangit. 2. arg.
tangit arg. in oppo.
tangit soloz. in q̄ nō ois aer qui 203 fit uapor.
2. p. 6.

3. p. 6.

argit. 2. q̄stioz
est p̄pter quā
causā caliditas
causatur a superioribus
aeris
causatur a superioribus
aeris
causatur a superioribus
aeris
argit. 3. q̄stioz
est q̄ aqua fit ex aere
causatur a superioribus
aeris
argit. 2. arg.
tangit arg. in oppo.
tangit soloz. in q̄ nō ois aer qui 203 fit uapor.
2. p. 6.

calidi est calefacere: ita frigidi inspissare. locus autem aer qui est remotior a terra uidetur esse frigidior quia uidetur ibi cessare due cause calefactionis. quarum una est propinquitas ad astra ex quibus causatur calor: & hec tangit cum dicit. quia neque ille locus aer superior sit prope astra extrema calida secundum effectum. ut caliditas astrorum posset impedire inspissationem nubium. alia causa calefactionis est reuerberatio radiorum solis a terra. & hec tangit cum dicit. neque iterum. ille locus superioris aeris est prope radios restrictos idest reuerberatos a terra qui prohibent congregari nubes prope terram per hec quod sua caliditate disgregant consistentias uaporum. & quod hec secunda causa non impediatur congregationem manifestat per signum quia uidelicet congregationes nubium manifestius fiunt ibi ubi radii percussii a terra iam desinunt habere uirtutem calefaciendi propter hec quod in immensum sparguntur. & sic multum distant a radiis cadentibus. unde non multiplicatur causa caloris. Ad huius autem intelligentiam sciendum est quod radii procedentes a sole ad terram sunt causa caliditatis. cum autem radius a sole in terram cadens repercutitur fit iterum alius radius a terra quasi resursus tendens quanto ergo duo radii fuerint magis sibi inuicem propinqui tanto plus de calore causatur quia uirtus utriusque radii scilicet cadentis & reflexi pertingit ad eandem partem aeris. & inde est quod ubi radius solis cadens super terram facit angulum rectum ibi est maximus calor quod reflexio fit in eandem. quanto uero in aliquo fecerit angulum radius cadens maiorem recto tanto est minus de calore quia cum repercussio fiat secundum pares angulos radius repercussus propter amplitudinem anguli multum distat a radio primo cadente. manifestum est autem quod quanto due linee continentes angulum magis procedunt: tanto magis distant ab inuicem. unde quanto magis receditur a terra ubi fit reuerberatio tanto predicti duo radii magis distant ab inuicem & est minor calor. & ideo propter immensam separationem predictorum radiorum ab inuicem in loco superiori. desinit calor & condensantur ibi nubes propter frigus. et hoc

est quod dicit nubium congregationes fiunt ubi desinunt iam radii propter spargi immensum. si igitur utraque causa que posset impedire congregationem nubium in superiori parte aeris cessat ut dictum est. Et cum ibi non condensantur nubes oportet dicere quod aqua non fit nata fieri ex omni aere aut si similiter se habet omnis aer ad hoc quod generetur aqua ex eo oportet quod iste aer qui est circa terram non solum sit aer sed sit uapor: et ex hac causa congregetur ad generationem aque. superior autem qui est purus aer non posset condensari in aquam: sed hoc non potest esse quia si totus iste aer qui est circa terram cum sit tam magnus sit uapor. uidetur sequi quod nata aeris et aque multum excedant alia elementa quia superiores distantie que sunt inter stellas sunt plene aliquo corpore cum nihil sit uacuum ut in quarto philosophorum probatum est. impossibile est autem quod sint plene igne: quia sic omnia alia exsicarentur ut supra probatum est. relinqueretur quod sint plene aere. & id quod est circa terram sit plenum aqua. si hic aer est uapor quia uapor est quedam disgregatio aque id est aqua rarefacta. Et sic positus tribus questionibus quasi colligens subdit quod de predictis dubitatum sit hoc modo.

Deinde cum dicit.



Nos autem dicamus simul & ad dicenda determinantes & ad nunc dicta. Quod quidem enim sursum & usque ad lunam dicimus esse corpus alterum ab igne & aere: quinimmo & in ipso hoc quidem purius esse: hoc autem minus sincerum & differentias habet & maxime quae desinit ad aerem & ad eum qui circa terram mundum.

Solutio p. 3
 1123 & p. 1
 sumit
 qd sup
 17. p. q. a
 2a p. q. a
 naz est al
 Corp ab
 & aere
 qua tangit
 de uinatio
 1128 & acco

Soluit propositas questiones. et primo eam que est de ordinatione elementorum. Secundo eam que est de generatione nubium ibi. eius quod igitur in eo quod insur.

Ca

1

Tertio eam q̄ est de caliditate a stellis in inferioribus causata. ibi. De facta autem caliditate. Circa primum tria facit. primo resumit quod dictum est de natura primi corporis dicens q̄ ad intellectū & eorum que nunc quesita sūt & eorum que postmodum sunt dicenda. oportet determinando dicere q̄ supremum corpus usque ad lunam est alterum ab igne & aere. sicut iam ostensum est. sed tamen in ipso corpore supremo est aliud prius & minus purum uel sincerū nō q̄ sit alia corruptio: aut comixtio siue amixtio extranee nature sed magis purum dicitur quod est magis nobile magis uirtuosum & magis formale. Vnde & habet differentiam in uirtute & nobilitate: & maxime ista differentia manifestat̄ ex illa parte qua desinit ad aerem & ad mundum inferiorem qui est cerca terram: in luna enī apparet defectus luminis: & quādo est plena apparet in ea quedam rubiositates. Secundo ibi.

aliqua p̄t̄ uera p̄ q̄ s̄ in sua sphaera mouet in circulari a motu celi & p̄ hoc uisore eat uisore & rarefacit oportet q̄ q̄ tates p̄ quo q̄ motu

Lato autem primo elemento circulariter & corporibus que in ipso quod propinquum semper inferioris mundi & corporis motu disgregatum accenditur & facit caliditatem. Oportet autem intelligere sic & habere incipientes: quod enī sub ea que sursum circulatione corpus: uelud materia quedam existēs & potentia calida & frigida & sicca & humida: & quecunque alie his assequuntur passionēs fit talis: & est a motu & in mobilitate cui⁹ causam & principium diximus prius.

Ostendit effectum quē habet corpus superius in inferiora. & dicit q̄ primo elemento id est celo circulariter moto. & motis corporibus que sunt in ipso. s. sole & stellis: illa pars inferioris mundi que est ei propinquior quasi disgregata seu rarefacta per motum superioris corpus accenditur & sic fit caliditas. & subiungit rationem dicens: q̄ hec oportet intelligere incipiēdo: tota enī nata corporalis que est subcorpore circulariter mo

to est sicut quedam materia existens in potentia ad calidum frigidum humidū & siccum: & ad alias passionēs & formas que sequuntur ad hec. Et quia materia reducitur in actum a primo agente: natura enim corporalis fit talis actu per hec quod participat de motu & nō participat sed immobilis manet a corpore celesti q̄ supra diximus esse causā & principium unde est motus in istis inferioribus. non est autem intelligendū q̄ corpora inferiora recipiāt huiusmodi passiones a superioribus tanquam accidentaliter & non secundum naturam sic aqua cū aqua calescit ab igne sed ipā naturam et formam secundum quā naturaliter sunt calida uel frigida. a superiori corpore recipiunt multo principalius quam a generatione nam primum generationis principium est corpus celeste. Tertio ibi.

tangit locus ad & te magis uisore amā alius operis

In medio quidem igitur & circa medium est quod grauissimū & frigidissimū segregatū terra & aqua. Circa hoc autem & habita his aerq̄ q̄ propter consuetudinem uocamus ignem. Non est enim ignis excessus enim calidi & uelut feruor est quod ignis: sed oportet intelligere dicti a nobis aeris: q̄ quidam circa terram uelut humidum & calidum esse propter uaporem & exalationem habere terre: quod autem super hoc calidū iam & siccum est: uaporis enim natura humidum & calidum: exalationis autem calidū & siccum: & est uapor quidem potentia uelud aqua: exalatio autem potentia uelud ignis.

tanquam uisore amā q̄ circa infero q̄ ne q̄ 2203 est calidū & duply e ignis elytrōm

tangit. 2. uisore q̄ exhalatione 2. uisore

Ostendit ordinem elementorum. si. n. p̄ participationē motus fit calor in istis inferioribus & per elongationē a motu celesti ecouerso fit frigus: necesse ē q̄ illud frigidissimū & grauissimū scilicet aqua et tra sit maxie remotū a motu celesti existēs in medio quātū ad terrā et circa medium quantū ad aquam. uel dicit circa mediū eo q̄ mediū cū sit in diuisibile nō potest esse locus corpis

sed circa medium idest centru mundi est terra & aqua. centrum autem terre est in centro totius. circa hoc autem scilicet terram et aquam. & habita his id est consequenter ordinata post ipsa est aer & id quod consueto nomine uocamus ignem in quibus habundat calor. exponit aut quod dixerat. d. quod quartum elementum supra aerem non proprie uocatur ignis: ignis. n. assignat excessum calidi: & est quod quidam feruor & accensio quedam. sicut glacies non est elementum sed est quidam excessus frigoris ad congelatam aquam. Id autem ad quod sic se habet ignis sicut glacies ad aquam non est nominatum & ideo nominamus ipsum nomine ignis: sicut si aqua non haberet nomen & nominamus elementum aque glaciem. sed oportet intelligere quod de toto corpore isto quod a nobis dicitur aer: una pars que est propinqua terre est quasi calida et humida propter id quod habet de uapore & exalatione terre: sic enim elementa sunt ordinata secundum quod eorum nature competunt. unde quia secundum naturam suam est calidus & humidus sic est dispositus ut uaporem terre suscipiat. ad eius calorem & humiditatem conseruandam. sed illa pars corporis que communiter uocatur aer que est superior est calida & sicca: et hanc partem uocamus elementum ignis. Et sic aer nomen commune est duobus elementis. & quia dixerat de uapore & exalatione terre. ostendit deinde inter ea et dicit. quod natura uaporis est esse humidum et calidum. natura autem exalationis est esse calidum & siccum. Et sic uapor propter humiditatem est quasi in potentia ad aquam. exalatio autem propter siccitatem est quasi in potentia ut ignitur.

Eius quidem igitur quod in eo qui sursum loco non consistunt nubes hanc existimandum causam esse quia non inest aer solum: sed magis uelut ignis.

Soluta questione de ordinatione elementorum: hic soluit questionem de inspissatione nubium & ponit duas solutiones quarum primam concludit expeditis dicens quod hanc sciendum est esse causam quia in superiori parte aeris non congregantur nubes: quia pars eius superior quam comiter uocatur aer non solum est aer. sed magis est quasi ignis ut dictum est: sed quia etiam infra illam partem adhuc non generantur nubes necesse fuit ut po-

neret aliam solutionem. unde secundam solutionem ponit. ibi.

Nihil autem prohibet & ea que in circuitu lationem prohiberi nubes consistere in superiori loco: fluere enim necessarium omnem que in circuitu aeris quicumque non intra periferiam capit definitam: ut & terra sperica sit totaliter. Videtur enim & nunc uentorum generum in stagnationibus locis terre: & non excedere uentos altos montes. fluunt autem aer in circuitu quia si trahitur cum totius circulations ignis quidem. n. cum eo quod sursum elementum: cum igne autem aer continuus est. Quare & propter motum prohibet congregari in aqua. sed semper quicumque pars ipsius grauet extrinseco in superiore locum calido deorsum fertur. Alia autem in parte simul sursum fertur exalato igni: & sic continue hoc quidem perseverat aere plenum existens: hoc autem igne: & semper aliud et aliud fit unumquodque ipsorum. De eo quidem igitur quod est non fieri nubes: neque in aqua congregationem: & quomodo oportet accipere de loco intermedio astrorum & terre: & quomodo est corpore plenus tanta dicta sunt.

Et dicit quod nihil prohibet etiam propter motum aeris in circuitu prohiberi quod nubes non congregentur in superiori loco: quia necessarium est quod totus aer qui est in circuitu terre fluat circulariter motus. Sed ab isto fluxu exceptum illum aerem que capitur intra periferiam id est circumferentiam definitam id est que continetur intra partes terre ut sic tota terra inueniatur esse sperica cum aere incluso inter partes terre: ut sic ille aer qui excedit omnem altitudinem montium in circuitu fluunt. aer autem qui continetur intra montium altitudinem impeditur ab hoc fluxu ex partibus terre immobilibus & propter hoc generum uentorum uidetur esse nunc in locis terre stagnantibus id est in aere que continetur infra partes terre ac si essent stagna aeris quiescentis. Si. n.

Marginal notes in the left margin:
... quia aqua
... in superior loco non congregantur nubes
... in aqua congregantur nubes
... in inferior loco congregantur nubes

Marginal notes in the right margin:
... quia aqua
... in superior loco non congregantur nubes
... in aqua congregantur nubes
... in inferior loco congregantur nubes

Additional notes at the bottom of the page:
... quia aqua
... in superior loco non congregantur nubes
... in aqua congregantur nubes
... in inferior loco congregantur nubes

aer in quo gñant uenti moueret circu-
lariter oporteret q̄ omnes uenti cū eo
circulariter circūferentur : nūc autem
uidemus ex diuersis p̄tibus uentos fla-
re: & quia in aere fluenti nō generant
uenti sed in quiescenti. propter hec uē-
ti non excedunt montes altos. dicit. n.
ab antiquis sacrificiis factis in altissi-
mis montibus post annum inueniebatur
cinis & ad huc saluatur & in eodem lo-
co manēs. Et hec qdē q̄ uenti nō gene-
rantur ibi est signū q̄ nec nubes ibi cō-
densentur in pluuias : & quare aut aer
qui excedit mōtes fluat : ostendit sub-
dēs q̄ ideo fluit incircūitu q̄a simul tra-
hitur cū circūlatiōe celli mundi: ignis
enī est cōtinuus id est cōtiguus cū cor-
pore celesti. aer aut cum igne quia er-
go superior aer fluit per eius motum p̄-
hibetur cōgregari in aquā quia motus
rarefacit & cōgregationē impedit: sed
si quā pars illius aeris aliquo modo cō-
dēsetur aut aliquid spissum aliquo mo-
do feratur per aliquā uolentiā feretur
deorsum qui locū aeris propinquū ter-
re. & si quid calidum erat in ea feratur
sursū. & alia pars illius aeris q̄ nō gra-
uatur feretur sursū simul cum igne ex-
alato. & sic dū eorū q̄ resoluūtur a ter-
ris & aquis aliquid manet in loco aeris
aliud aut fertur ad locum ignis conti-
nue donec unus locus perseuerat ple-
nus aere & alius plenus igne nō tamē
ita q̄ semper manet idem aer & ignis
numero incorruptus: sed semp̄ corrup-
pta una parte aeris uel ignis aliquid p̄
uolentiā deorsū ex causa adgeneratur
alia que sursum a terra & aqua eleuant
Et ita licet maneat semper in loco aer
aer. & in loco ignis ignis. tamē semper
unumquodq̄ ipsorū fit aliud et ali-
ud per cōtinuā gñationē et corruptio-
nem sicut in fluuio decurrētī patet : in
quo semp̄ manet aqua nō tamē eadē nu-
mero: sed tamen una defluente & alia
succedēte. Deinde recolligit ea que di-
cta sunt & dicit tāta sint dicta a nobis
de eo qd̄ est non fieri nubes nec in spif-
sationem uaporū in aquā in superiori
parte aeris. & etiam de hac quō oportet
accipere de loco qui est inter sup̄ma
astra & terram quo scilicet corpore ple-
nus est.

Deinde cū dicit.

De facta autē caliditate quā exhi-

bet sol magis quidem secundū se ip-
sum et diligenter in his que de sensu
cōuenit. Calidū enī passio q̄ dā sēsus
est: propter quā autem causā fit non
talibus existentibus illis secundum
naturam dicendum et nunc.

Solut tertiā questionē : & circa hec
duo facit. primo dicit de quo est inten-
tio dicens q̄ de caliditate quā sol facit
in istis inferioribus magis conueniret
dicere secundū se & diligēter. i. p̄fecte
q̄ in his dicēda sunt de sensu quia cal-
idū est quedā passio sensus. est enī obie-
ctum sensus tactus. sensus autē & sensi-
bile habēt eandē scientiā cum ad inui-
cem dicant quodāmodo. sed q̄a materia
presens hec requirit dicendū est nunc.
propter quā causā cum corpora celestia
non sunt calida in sui natura sit ab eis
caliditas in istis inferioribus.

Secundo ibi.
Videmus itaq̄ motū quod potest
disgregare aerē & ignire: ut et lata li-
quefacta uideantur sepe.

Solut questionē et diuiditur in para-
tes duas. primo ponit questionis solu-
tionem. secundo probat uerum esse q̄
in questione supponebatur ibi. signum
autē sufficiens. prima diuiditur in du-
as secundū duas causas quas assignat.
secunda incipit ibi. et quia ambiens
circa primum tria facit. primo assignat
causam propter quā a corporibus cele-
stibus non calidis existentibus calor in
Inuicem signat fridē interiorē & colores ei⁹. e. quidē puniceū & exteriorē. d. uero uiridē & mediū. e. autē alurgū interiorē. & tres ultimi exteriorē & colores eius. e. quidem alurgo in maiori periferia. d. autē in media uiridē. g. autē puniceum in quo supposito dicit q̄ exterior iris sit. b. interior autē. a. color autē uiridis in utraq̄ sit. d. e. at in utraq̄ alurgus. g. autē in utraq̄ sit puniceus. tñ de hoc phus mentionē nō facit. ille autem qui apparet xancus sit. z. Deinde cū. d. Tres autē nō adhuc fiūt: neq̄ plures irides: quia & secunda fit obscurior ut & tertia refractione ualde debilis fiat: & impotēs sit pertingere ad solē. Dat causam ppter quā ut in plurib⁹ nō apparēt plures duobus dicens. q̄ irides apparent due tres autē aut plures trib⁹ ut in pluribus nō apparent: qm̄ secūda iris est obscurior prima ppter debilitatem refractionē. in tm̄ q̄ si a loco i quo deberet fieri tertia fieret refractione nō eadem pportione esset ita debilis q̄ uisus ab ipsa fractus nō pertingeret ad solem ppter debilitatē s̄m mathematicos s̄m rei ueritatem ita debilis fieret refractione ab illo: q̄ alteratio ab ipso facta non pertingeret ad uisum a remotiori enim debilior fit alteratio. Ad euidētiā maiore eorum que dixit aristo. de coloribus iridis oportet cōsiderare quedam. Primo quidem utrum colores iridis sint colores s̄m ueritatē. aut s̄m apparentiā tm̄. Secūdo in quo sint colores iridis sicut in subiecto. Tertio utrū id q̄ cōtinet inter minorem periferiā iridis & aerem eius sit coloratū aut nō. Quarto utrum id quod interioret duabus iridibus sit coloratū. aut nō. Quinto utrum possibile sit aliquādo tertiā apparere iridem. & ppter quā causam. Sexto de causa cuiusdam iridis que apparet. alio modo se habente nube ad solem. quā aristo. dixit sicut uidebit. Ad euidētiā primā quia colores iridis causantur ex refractione luminis a corporibus specularibus: primo uidendum est utrum lumē in medio sit realis qualitas uel nō. Secūdo utrum lumē reflectum in corpore speculari. a quo refrāgitur facit apparentiā coloris nō existētis prius: s̄m q̄ huiusmodi aut recitat

ab eo uel nō. De primo dixerunt quedā q̄ lumen in medio non recipit realiter sed intēntionaliter ppter multa. primo quidē quia oīs qualitas: que realiter recipit in aliquo ab aliquo generāte manet i ipso post absentia generātis. sicut calidū & frigidū & alie qualitates reales manēt in eis in quibus fiunt in absentia generantū. sed a moto corpore luminoso nō manet lumē in medio. ergo lumen nō est realiter in ipso. Propterea s̄m aristo. in libro secūdo de anima. sensibile s̄m esse reale positum supra sēsū nullum facit sensum. lumen autē in medio existens facit sensum in actu. ergo nō habet in ipso reale. Tertio quia oīs forma realiter recepta i materia hēt cōtrarium. in hoc enī differt materia superiorum & inferiorū corporū q̄ materia superiorū corporū quia perficitur per formā cōplentē totū appetitū eius nō est susceptiua contrariū. materia autem inferiorū quia perficitur per formā nō cōplentem totum appetitum eius. in potentia est ad alia. propter q̄ forma realiter recepta in ea in cōtrarium habet. lumen autē in medio est nec contrariū: ergo lumen in medio nō habet esse reale. adiungit etiam q̄ dicere aliquando forma realiter recipitur in natura que est in potentia ad cōtraria & nō habeat cōtrariū. est implicare cōtradictio. quia omne quod recipitur in aliquo recipitur per modum recipientis & per consequēs nō est intelligibile. Ex his igitur uidetur quod lumē in medio nō habet esse reale. sed intentionale. Sed contra hoc arguitur. qm̄ quorsūcūq̄ est unum receptum per se & primo differens tamē s̄m accidens illi s̄m q̄ huiusmodi ipsa sunt unum s̄m q̄ huiusmodi. receptiuū enī ad receptu dicit & ecōtrario. unitatē autē uni⁹ per se relatiuorū sequit unitas alteri⁹ s̄m rōnē. Sed in istis inferioribus idem est receptiuū primū luminis i corpore luminoso. & in medio illuminato ab eo. s. perspicuū lumē enī s̄m se est actus diaphani s̄m q̄ huiusmodi & diaphanū in corpib⁹ inferiorib⁹ eiusdē nature differēs s̄m magis & minus. Sicut in corpib⁹ superioribus diaphanū i pte stellata & nō stellata idē ē s̄m naturā differens s̄m magis & minus. ergo enim eadem erit natura

luminis recepti in corpe luminoso hic inferius. & in medio illuminato sicut & in superioribus. & si eadem sit natura perspicui in inferioribus & superioribus secundum rationem aut secundum analogiam proportionaliter dicendum est de lumine. eorum autem que sunt una natura. si unum est qualitas realis & alterum. Cum igitur lumen in corpe luminoso sit qualitas realis. erit & in medio. Propterea quorum est una operatio prima & una natura. operatio enim sequitur formam. sicut transmutatio materiam. sed lucis in corpe luminoso est una operatio prima. & in medio illuminato. scilicet illuminare perspicuum coniunctum ei. medium enim illuminatum illuminat perspicuum oculi. quare si in uno est qualitas realis & in altero. propter quod dicitur seu dicendum videtur quod lumen generatum in medio a corpe lucido. habet esse reale in medio debilius tanquam in corpe lucido habet esse quidem reale quam generat ab agente secundum naturam puta a corpe lucido secundum quod huiusmodi per educationem de potentia naturalis medii. scilicet de perspicuo secundum quod huiusmodi. omne autem tale est naturale & reale esse habet. & hec ratio est a priori. Propterea quod habet operationem naturalem. videtur habere esse reale secundum quod huiusmodi. operatur enim unumquodque secundum quod sicut dicitur. ix. metaphisice. sed lumen in medio est principium operationis naturalis. sicut sensus docet. & scientia de speculis comburentibus supponit. iterum illuminat naturaliter: ergo habet esse reale in medio debilius tanquam in opere luminoso quod apparet quia debiliorem habet operationem debilius enim calefacit & illuminat. modus autem operationis sequitur modum effectus rei operantis. causa autem huiusmodi esse debilioris est dispositio materie recipientis. scilicet raritas perspicui. esse autem eius vehementioris in corpe illuminato est densitas ratione cuius lumen receptum aequaliter terminat ut possit esse obiectum visus sic igitur lumen in medio habet esse reale tanquam in obiecto. & si huiusmodi esse debilius aliquis docet intentionale secundum rem contingit nobis cum sic ponentibus nomine tamen differens. de qua differentia non est curandum in inquirentibus veritatem. Quod vero arguitur in oppositum non est difficile soluere. cum enim dicitur: illud quod habet esse reale in medio. non manet

post absentiam generantis. dicendum quod generans est duplex. unum quod est principium transmutationis rei generate tamen. & non esse rei generate per se. sicut edificator est causa edificationis domus per se. sed non esse ipsius domus actus per se. Aliud autem est generans quod cum hoc est causa conservandi rei generate. quemadmodum locus est causa rei locate per se & quia causa & causatum sunt in actu simul. sicut dicitur quinto metaphisice. causa factionis rei in actu simul rei in actu & contrario non tamen oportet quod existente generato existit causa que fuit principium transmutationis ad ipsum quia non erat causa per se ipsius sed generationis eius quod ergo dicitur quod omnis forma manet in ipso apud essentiam generantis. verum est de generante. primo modo non secundo & quod assumitur. quod lumen non manet in medio apud absentiam generantis. secundo modo quod fuit causa non tamen generationis. sed esse luminis generati. quod vero dicitur. secundo quod sensibile reale positum supra sensum & cetera. Est intelligendum quod sensus consistit media quadam proportione & armonia. & idem corrumpitur ab excellenti motu sensibilis sensibile autem secundum quod habet esse in subiecto extra excellenter movetur. & ideo sensus non est natus immediate ab ipso moveri. sed per medium recipiens formam eius. sub esse debiliori quod proportionaliter potest movere sensum. & propter hoc intendit plus cum dicitur sensibile positum supra sensum & cetera. quod sensibile secundum esse quod habet in obiecto extra. positum supra sensum non facit sensum. non autem intelligit. quod sensibile secundum esse debile quod habet in medio non facit sensum quod tamen esse reale est debilius tamen ut declaratum est realiter enim caro quod est medium in tactu non calefaciet secundum rem cum movetur organum tactus quod est inconueniens. quod non assumitur quod lumen in medio facit sensum in actu verum est. supposito quod lumen sit obiectum visus secundum esse debile sed non secundum esse magis perfectum quod habet in obiecto. Quod autem arguitur tertio quod omnis forma realiter accepta in materia habet contrarium & cetera. Dicendum quod contraria uno modo dicuntur aliquo appropriate. scilicet. due forme equaliter distantes sub eodem genere. sic ut calidum & frigidum. alio modo. contra extendendo contraria ad privativa. sicut

forma & priuatio interdū dicunt cōtra-
ria p̄ho. primo modo loquēdo aliqd dī
hīe cōtrariū aut per se sicut calidū &
frigidū. aut per accidēs sicut forma ignis
terre uel aque. q̄bus nihil cōtrariū
fm̄ se nisi fm̄ dispōnes accidentales. Si
igīf intelligat de cōtrariis p̄prie & per
se. prima p̄positio manifeste falsa ē. tūc
enī sequerēt q̄ forte substātiāles & quā-
titates & qualitates quidē q̄bus nihil ē
cōtrariū fm̄ se nō reciperent in mate-
ria realiter. & fm̄ hūc modū minor est
uera. lumen enī fm̄ se est cōtrariū hoc
modo. Si autē intelligat dictū de contra-
rio per accidēs maior uera est. nulla enī
forma recipit realiter ī materia cui nō
sit aliqd cōtrariū per se uel per accidēs
uel fm̄ causam. uel fm̄ dispōnes. & fm̄
hunc modū minor falsa est. nihil enim
phibet lumen in medio p̄ accidēs aliqd
hīe cōtrariū. p̄pter quod aliqn̄ phibet
esse eius in me puta opacū. si autē itelli-
geret de cōtrariis fm̄ q̄ priuatiua dicū-
tur contraria. sic ad hoc maior uera est
nulla enī forma recipit in materia que
nō habeat priuationē sibi oppositā ī ea
& sic minor est falsa. lumen enī in me-
dio habet priuationē sibi oppositā. &
fm̄ hoc accendit principālī differentia
inter materiā superiorū & inferiorum
ita enī habent priuationē adiunctam.
illa uero nō. q̄ uero additur q̄ differen-
tie q̄ forma nō habens cōtrariū realit̄
recipiat in materia que fm̄ se est in po-
tētia ad contraria est cōcedere cōtradi-
ctoria. nec ē intelligibile loquēdo de cō-
trariis cōiter aut fm̄ accidēs ueritate
posset habere dictum. sed hoc mō non
intendit. loquēdo aut de cōtrariis pro-
prie & per se oīno apparentia non hēt
contingit enī formā realit̄ recipi in ma-
teria. nō fm̄ q̄ ē in potētia ad cōtraria.
sed fm̄ q̄ est in potētia ad ip̄am tm̄ cum
nō habeat cōtrariū per se. sicut cōtin-
git de formis substātiālib⁹. & qualitati-
bus & quātitatibus quibusdā sicut dī-
ctum est. De secūdo uidētur alicui q̄ lu-
men refractū in eo a quo refrangit nō
esset principū per se fantasie alicuius
coloris. qm̄ si ita eēt a quocūq̄ fieret re-
fractio & ī quocūq̄ sicuti causaret appa-
rētiā huiusmōi. nūcaut hoc nō ē uerū
ut ad sensū appet. ergo lumen refractū

nō est principū per se alicuius talis fā-
tasie. adhuc autē si lumē refractū in eo a
quo refrangit esset principū fantasie
coloris. si uero huiusmōi lumen sit ue-
ra qualitas realis ut dictū est supra. Se-
querēt q̄ huius apparētia coloris esset
color fm̄ ueritatē. hoc autē uiderur esse
falsū. ergo & principū. in oppositū est
sensus. Et est intelligendū q̄ lumen re-
fractū ab aliquo corpe. interdū ē causa
apparētie alicuius coloris nō p̄existen-
tis fm̄ q̄ huiusmōi & hoc quidē sensus
docet. lumē enī icidēs corpi puo spisso
colorato aliquo colore p̄nta uitro ru-
beo. colorat ea q̄bus icidit per illud co-
lore urgēte ad colorē illius. & etiā que
uidētur in speculis. uiridū aut citrini
coloris sub lumine refracto uidētur cō-
sistis coloris. sed quō hoc fiat est intelli-
gendū q̄ color causat ex presētia lumi-
nis in p̄spicuo terminato per opacū. &
fm̄ diuersā p̄portionē luminis ad opa-
cū in p̄spicuo diuersi causant colores.
ex multo enī lumine & pauco opaco fit
color albus. & ex multo opaco. & pauco
albo fit color niger & medii colores se-
cundū p̄portiones medias p̄p̄inquo-
res albo in plus habēdo de lumine & min⁹
de opaco p̄p̄inquo-
res nigro ecōtrario
p̄pter q̄ mēifestū ē q̄ adiectio opaci ad
ip̄m p̄spicū fm̄ quātitatē determinatā
uariat colorē qm̄ mutat p̄portionē eius
ad lumē. eodē modo & oppositio lumi-
nis. p̄pter q̄ cū lumē generatū a corpe
lumioso fm̄ directū icidit alicui corpi
habēti aliquē colorē in actu uel uirtute.
ita q̄ a profundo eius refrangit. si fue-
rit multū lumē illuminat ip̄m fm̄ partē
fm̄ quā incidit. & agmētans lumē qdē
causabat colorē p̄existentē mutans sen-
sibiliter p̄portionē eius ad opacū in p̄-
spicuo & p̄ cōsequēs apparētiā coloris
& q̄a unūquodq̄ agit fm̄ q̄ est actū cū
lumen refractū alterat in oppositū fm̄
angulū equalē & corpus a quo fit refra-
ctio fm̄ huius colorē alterat illumina-
tum per lumen. si incidat uisui. color
enī est magis uisus fm̄ actum lucidū. &
magis quanto magis lucidū. sic igī lu-
men est principū alicuius esse coloris
in corpe speculari. a quo refrangit quā-
do recipit in profundo. quādo nō refrā-
gitur a prima superficie corpis p̄pter

leuitatē ita q̄ nō recipiat in profundo generat fantasia coloris debilior tamē qm̄ in pte in qua incidit lumen & aqua refrangit a corpe. ad uisum fortior. sicut illuminatio corpis propinquū. propter quod corpus a corpe fit refractio s̄m colorē suū agens in huīus partē colorat huīusmōdi lumen coloris proprie uergente aliquātulū ad clarū ppter ad iunctionē luminis ipsius. & s̄m hūc modum corpus ad quod fit refractio uidetur alterius coloris quā sit cū uidet̄ sub huius lumine sic alteratio. si uero corpus cui incidit lumē nullum habeat colorem p̄p̄riū: sed solū naturā perspicui nulla fiet fantasia coloris ppter defectum opaci. & per hoc appet solutio ad primā rōnem in oppositū. Cū enī dicit̄ q̄ si lumē esset principū coloris in eo ad quod refrangit̄ semp̄ causaret ip̄m uerum est ubi inuenit opacū actu uel uirtute. per se enī sine ip̄o nō faciebat fantasia coloris. sed nō inuenit in oī eo a quo refrangit̄. Ad s̄m apparebit solutio. ex cōsequētī dubitatione. de tertio uideret̄ alicui q̄ colores iridis non sint ueri colores. qm̄ illud quod causat̄ ex sola refractione ad uisum nō uidet̄ esse uerum color. sed colores iridis s̄m Aristo. Causantur ex refractione solis ergo non sint ueri colores. Preterea si essent ueri colores uideretur q̄ deberent apparere in quocunq̄ s̄ctu. sic enī uidemus de his que colorantur s̄m ueritatem. sed colores in quocunq̄ s̄ctu nō apparēt ut manifestum est. ergo nō sunt colores s̄m ueritatem. Preterea illud quod causatur ex debilitatione uisus nō est color s̄m ueritatem. sed colores iridis quidem causant̄ ex debilitatione uisus ut dicit̄ philosoph⁹. ergo nō sunt ueri colores. In oppositū arguitur illud quod est motiuū uis⁹ s̄m se. color est s̄m ueritatem. color enī est s̄m philosophū secūdo de aīa motiuus uisus secundū se. sed colores iridis sūt motiuū uisus s̄m se sicut iudicat̄ s̄sus. ergo sūt ueri colores. Ad hoc uidetur esse dicendum quātū ad presens. q̄ cum ueritas reū sit idem q̄ essentia eius differens sola ratione uerius color ē qui habet essentia & formā coloris. & q̄ iris habet formam & essentiam coloris ueri. s̄m tamē esse debile participat illum primū uide

tur probari primo accipiēdo q̄ sensus proprius circa sensibile per se & p̄p̄riū nō decipitur. sicut apparet per philosophū secūdo de aīa ubi dicit̄ p̄p̄riū sensibile esse circa quod nō cōtingit errare ut uisus coloris & audit⁹ s̄oni. & in tertio eiusdem dicit̄ q̄ intellectus q̄ quid erat esse semper uerus est sicut uidere proprii necessariū est. Secundo q̄ color est primo & per se obiectum uis⁹ sicut dicit̄ philosoph⁹ in secūdo eiusdem. cuius quidem igitur est uisus hoc est uisibile. uisibile autē est color. quibus suppositis arguit̄. illud q̄ uisus iudicat se apprehendere per se & primo est color s̄m ueritatem. quia sensus circa p̄p̄riū & per se obiectum nō decipitur. ut dicit̄ prima suppositio. & color est per se obiectū ei⁹ sicut dicit̄ secūdo. sed in apprehensione colorum iridis. iudicat se uidere colorem. ut s̄sus docet. ergo in iride sunt ueri colores. Preterea ubiq̄ sunt principia colorū s̄m ueritatem ibi est forma ueri colorū: quia causa & effectus in actu sunt simul in actu sicut dicit̄ philosoph⁹ secūdo physicorū. sed in iride actu cōcurrunt principia coloris s̄m ueritatem. quia principū coloris ueri est perspicuū aliquo modo terminatū per opacum in ratione materie lumine nō in existēte actu in ratiōe forme magis ista aut sunt actū in eo in quo apparet iris. perspicuum quidem aliquāliter terminatū per opacū in ratiōe descēdētē sub nube in qua generat̄. aliter enī nō habere rōnem speculi refrangentis lumen uero a sole uel luna incidēs illi s̄m actū: quia in iride sunt in actu principia ueri coloris. ergo ibi est color s̄m ueritatem. Ex istis igitur uidetur q̄ colores aliqui iridis habeant ueram naturā coloris q̄ fuit primū propositū. Secūdu uero q̄. s̄. habeant esse debile & imperfectū apparet. color enim sicut dictum est prius causatur ex p̄sentia luminis ī perspicuo terminato per opacum. & ista aliquādo cōsecunt̄ principia corporis extrinseca. puta ip̄a mixtibilīa in mixto existētia que habent permanens. & absolutū. & ideo color qui causatur ex istis sic se habētibus est color intrinsecus permanēs & perfectus qualis est naturalis color corporū terminatorū. propter q̄ apparet quātū est ex se de quocūq̄ situ. nec apparet transferri cum trās-

ferentibus, tale autē esse nō hnt colores iridis. quia nō in quocūq; situ uisus ad solem apparent. & apparent transferri cum trāfferēribus. sicut dictū est prius aliquādo autē perspicuū quidē & opacū sunt intrinseca. lumē autē incidens fm determinatū situm ad uisum est ab extrinseco & nō cōnaturale. & quia diuersimode incidit q; diuersas ptes ad uisū diuersimode illuminās ī cōparatiōe ad uisum. color qui causatu hoc modo nō est ptoprie intrinsecus & naturalis nec habet esse fixū oīno enī & perfectū. hoc autē modo causat colores iridis. s. ex refractione luminis ex perspicuo partiu rorationis aliquo modo terminati per opacum ad uisum. & quia diuersimode incidit ad partes diuersas rorationis. s. fm angulos diuersos. & per cōsequēs diuersimode refrangit ad uisum. & ideo diuersificatur colotes. & quia punctus refractionis diuersificat per motū ipi uisus apparet transferri iris fm trālationē uisus. nō q; eadem numero trāferatur. sed ab aliis partib; rorationis facta refractione in aliis generatur colores. nec apparet iris eadem oīno duobus inuicem distātib; & ideo colores iridis. & si habeāt colores debilitate tū & imperfecte habent. sicut lumē in medio respectu luminis in corpore luminoso. Quod igitur arguitur primo. q; illud quod causatur ex refractione sola nō est uerus color. nō est uerum. potest enim ex refractione causari uerus color. sicut dictum est prius. sed non est color fm esse uerum & fixum propter uariationē refractionis. si autē luminosum & uisus & nubes. in eadem distātia & dispositione haberet iris esse permanens q; dicitur secūdo q; si essent ueri colores. apparerent in quocūq; situ nō est uerum nisi de coloribus habētibus esse uerum & fixum in subiecto. de his autē que per refractionē causant non est uerum. sicut apparet ex dictis. Quod uero dicitur tertio. quod illud quod causatur ex debilitate uisus non est uerus color. uerum est si totaliter causetur ex debilitate eius. sed erit pura priuatio. sicut huiusmodi remotio priuatio ē. & cum dicitur in minori q; colores iridis causantur ex debilitate uisus fm philosophū.

Dicendū q; non est uerum simpliciter. sed ex lumine incidenti rorationi facit tamē debilitas uisus ad hoc q; colores obscuriores apparent sicut & remotio. q; alterius coloris faciāt fantasiam. De quarto uideretur uero q; colores iridis essent in nube nigra super rorationem quia ibi uidetur esse ubi iudicat eā uisus. iudicat autē eam esse in nube. ergo uidebitur esse in nube. Preterea simile iudicium uidetur esse de idolo apparente in speculo & de coloribus iridis. ambo enī p refractionē apparent: sed idolum apparens in speculo non dicitur esse in eo sed ī corpore obiecto. ergo color iridis nō erit in corporib; specularibus sed in sole uel astro. ex quorum refractione apparet. Adhuc autē est intelligendū q; aliud est subiectum fm ueritatem colorum iridis & idolorū apparentium ex refractione uniuersalr. & ali; locus in quo apparent esse secūdu sensum. colores enim iridis secūdu ueritatem sunt sicut in subiecto in partib; rorationis specularibus a quibus refrangitur lumen a quo principaliter fiunt in illo enim sunt colores iridis secūdu ueritatē sicut in subiecto in partibus rorationis specularibus a quibus refrangitur lumen a quo principaliter fiunt. in illo enim sunt colores iridis sicut in subiecto. ī quo pncipia iporum actu cōcurrunt: sicut ibi est sapor ubi concurrūt pncipia saporū seu saporis actu. & in illo est odor sicut in subiecto. in quo sunt pncipia odoris actu. pncipia autē colorum iridis sunt perspicuum partium rorationis aliquo modo terminatū per opacum & lumen incidens ei & refractam ab ipō que simul concurrunt in dictis partibus rorationis sub nube existentis. ergo in ipsis sunt colores iridis sicut in subiecto secūdu ueritatē. apparent autē in nube opposita. qm qn ad corpus distans uidetur per alterum uel iuxta alteram uidetur esse en eadem superficie eo q; uisus propter distantiā nō potest audire distantiā unius ab altero. ptopter hoc enī omnia uisa a remotis uidetur plana sicut dicebat prius. nubes autē uidetur per iridē uel iuxta. & ideo uidentur eiusdem superficie uel in eadem superficie

Quod nō arguit q̄ illud q̄ appet in nū
 be ē ī nube nō oportet s̄m ueritatē sed
 s̄m apparentiā tm̄. sicut eōcessum est. q̄
 uero dicit̄ secundo. q̄ simile iudiciū est
 de ydolo apparere in speculo. posset cō
 cedi q̄ uerum est. & cum assumit̄ q̄ ido
 lum non est in superficie speculi a quo
 fit refractione sed in corpore obiecto negā
 dum est. illud enim cuius est idolum est
 obiectū extra ip̄m aut idolum in quod
 īmediate fertur uisus est in superficie
 speculi a quo fit refractione: & quodā mō
 in medio s̄m lineam rectā similiter lu
 men ex cuius refractione generat̄ iris
 s̄m esse magis reale est in corpore lumi
 noso. s̄m tamen aliquod eius esse est in
 corpore luminari a quo refrangitur. in
 quo per admixtionē perspicui termina
 ti. facit aliquem colorem ibi existentē.
 De q̄nto uero. s. utrum inter medium
 minoris periferie prime iridis & terre
 sit coloratum. argueret aliquis q̄ sic. q̄
 ubi est eadem causa. ibi est idem effectus
 sed causa coloris eadem uidetur esse in
 illo intermedio. sicut ubi apparet iris &
 fortior. causa est coloris iridis est refra
 ctio luminis stelle a rotatione descēde
 te sub nube. sed ista concurrunt ibi. ibi
 enim est rotatio & etiā refractione lumi
 nis stelle ab ea & fortior propter pp̄in
 quitatē maiorē. ergo uidebitur q̄ pars
 illa colorata erit in cōtrariū autem est
 sensus. Et dicēdū est q̄ ad hoc interme
 dium huius coloratum quidem est colo
 re nigro nubis alurgus enim qui est in
 minori periferia iridis & propinquior
 nigro disparet in nigrum. & hoc etiam
 sensus docet. sed colore aliquo proprio
 iridis & diuerso sensui a colore nubis
 non est coloratū cuius ratio est. quia ad
 hoc q̄ ex refractione luminis solis a ro
 tatione opposita appareat aliquis color
 irialis sensibilis oportet refractionem
 multam esse & fortē s̄m p̄sum. Sed ab
 illo intermedio nō fit refractione multa
 & fortis. multa quidem nō propter par
 uitatē huius intermedii. fortis eūt nō.
 q̄m a partibus propinquierib⁹ perpen
 diculari debilius refrāgunē radit. & ad
 maiorem angulū propter propinquitatē
 rem ad p̄pendicularē qui in talibus spe
 culis non oīno refrangit̄. ergo in inter
 medio illo non causatur aliquis color
 sensibilis. propter q̄ p̄sus dicit ubi dat

numerū colorū iridis q̄ ab illa parte est
 permutatio insensibilis aliorū. Quod
 uero arguitur in oppositū. q̄ ubi est ea
 dem causa & eidem effectus. uerum est
 & cum assumit̄ in minori q̄ ibi est eadē
 causa. s. refractione dicendū q̄ nō quecun
 q̄ refractione est causa colorū iridis: sed
 oportet illam esse multam & fortē. quā
 uis autē ab illa fiat aliqualis refractione
 parua tamen & debilis s̄m q̄ ostensum
 est. Sexto proponebat̄ illud etiā de quo
 alex. querit in cōmento utrum. s. inter
 mediū minoris periferie exterioris iri
 dis puniceum habentis colorē. & maio
 ris periferie interioris q̄ similiter ha
 bet colorē puniceū habeat colorem. &
 ut breuiter dicatur. utrum mediū duo
 rum puniceorū sit puniceū. uideretur
 enī q̄ sic. q̄m pars illa nubis propinquior
 or est prime periferie interioris iridis
 puniceū habentis colorē quā minor per
 feria exterioris. similiter punicea quasi
 multo fortius debet apparere punicea.
 & confirmat̄ ratio. quia amplior fit re
 fractione ab hac parte quā a minori iride
 & propinquior quā ab exteriori. q̄
 re ut uidetur remotior permutatio ad
 colorem fiet ab illa aut cōtrariū uidet̄
 esse sensus. Ad s̄m respōdet alex. in cō
 mento q̄ uisus non refrangit̄ ab omni
 parte nubis opposita ad solem. s̄m illos
 qui dicunt ea que uidentur uideri per
 refractionē uisus. nec solis lumen ab oī
 parte refrangitur ad usum s̄m ueritatē
 sed adeterminata distātia & situ refrā
 gitur illud quod refrangitur. propter
 q̄ in apparitione iridis oportet deter
 minatā esse solis distātiā cuius lumen
 refrangit̄ & uisus ad quem refrangit̄
 ad partem rotationis ad quam fit refra
 ctio. Supponit autē q̄ pars intermedia
 duarū iridum nō est in distātia deter
 minata ad uisum & solē. & ideo ab ip̄a
 non posse fieri refractionē sensibilē &
 per consequēs permutari ip̄am ad ali
 quē colorem. Sed manifestū est q̄ illud
 quod p̄mo accipit alex. ueritatē habet
 oportet enī determinatā distātiā esse
 & situm eius a quo. & ad quod fit refra
 ctio & quod refrāgitur. quod uero sup
 ponit q̄ pars intermedia duarū iridum
 non sint in tali distātia determinata
 ad uisum ad solem. q̄ ab ip̄a possit fieri
 refractione non uidetur rationabile. non

enī est consonū rōni q̄ si a superiori; iri
de & a remotiori a uisu. & a minori &
oppropinquiori possit fieri refractione sē
sibilis quin possit fieri ab intermedia si
fuerit materia disposita sicut hic suppo
nimus tria specula in tali distantia ad
se inuicē & ad corpus obiectū & uisum
s̄m proportionē nō s̄m equalitatē quā
titatis qualis est distantia duarū iridū
& partis intermedie ad se inuicē & ad
solem & ad uisum si sit refractione corpis
obiecti a duobus speculis extremis ad
uisum & apparitio idoli ipsius sit ab in
termedio sicut ad sensum apparet. ergo
s̄m in pposito ubi accipit eadē propor
tio distat. Preterea quod uidetur esse
dicendū q̄ a parte illa intermedia sit re
fractione luminis solis ad uisum. si fuerit
rotatione in ipsa disposita sicut i extremis
& multa & fortis p̄ma aut quā a peri
feria maiori minoris iridis. & appropi
quiori quā a minori periferia exteri
oris. ppter q̄ ibi magis obtinet lumen
solis & ex refractione eius a rotatione
disposita s̄m partem illā causatur color
ppinquier s̄m aliqd claro uel albo quā
puniceus. s. puniceus clarus ualde. in pe
riferia autē minoris iridis in qua min⁹
obtinēt lumē refractum apparet color
puniceus intensus magis & propinquior
nigro. s̄m in periferia minori exteri
oris iridis. apparet idem color. quia ibi
minus obtinet lumen solis ppter remo
tionē ab ipsa & uisu. & ppter iuxta inui
cem positionē istorū duorū puniceorū
intensorū magis ad colorē partis inter
medie ppinquier albo & claro. color
ille intermedius apparet albior & clarior.
ita ut discernatur a uisu ubi subtiliter
intuenti. & hoc sensibiler appet
si aliqs uoluerit accēdere. qm̄ interme
dia duarū iridū apparet quidē citrinitas
clara ualde. color autē citrinus ppin
quior est albo & claro quā puniceus si
cut dictū est prius. q̄ positus iter duos
puniceos adhuc magis clarus apparet.
quia opposita iuxta se posita maiora &
manifestiora uidētur. Septimo dubitat
utrū possibile sit appere plures irides
duabus. & uidetur dicere aristo. q̄ nō.
qm̄ secūda iris ppter remotionē hoc co
lores obscuriores quā prima. quia i situ
tertie cū sit remotior ita debilis fiet re

fractione q̄ nō poterit causari apparētia
alicuius sensibilis coloris. Dicendū est
tñ q̄ possibile est apparere terciā. & ap
paret interdū que se ita habet s̄m sitū
ad secūda. sicut secūda ad primā & co
lores habet obscuriores coloribus. secū
de sicut secūda respectu prime. possibi
le est quidem eam apparere. & etiā ap
paret propter causam eandem. s. per re
fractionē luminis a rotatione ad uisum.
est enī intelligendū q̄ aliquā agens debi
lis uirtutis propter materiā bene dispo
sitā agit in ea effectū sensibilem q̄ alias
nō ageret in ipsam sicut bene mobile a
debili uirtute qm̄ mouetur. Si igitur
cōtingat nubē oppositā soli multū ele
uatā esse & nigrum & spissam existere
ualde. & rotationē sub ipsa existentem
esse multam & bene dispositā ad refra
ctionē fiat apparitio prime & secunde
iridis. & tercię. & quāuis enī pars illa
remotior sit a uisu. nihilominus causā
propter dispositionē materie fiet refra
ctio quedam sensibilis ad uisum & co
lorum apparitio. quā propter nigredinē
nubis propinque magis apparent
obscuriores aut sunt colores ipsius co
lorib⁹. secūde propter eandē causam p
pter quā colores secūde colorib⁹ prime
s. per remotionē. De ordine autē colo
rum ipsius experientia nō habeo. ratio
nabiliter tamen uidere q̄ haberet eos
econtrario positos colores coloribus se
cunde. s. alutgū in minori periferia. uir
idem in secūda puniceū in maiori si
cut prima. oīs enī processus fit per assī
mulationē secūdorū ad prima & natu
ra similia aut dissimilia producit. alur
gus autē propinquier nigro in quod
disparet alurgus qui est in maiori peri
feria secūde. ergo rationabiliter in mi
nori periferia secūde ipsius debet appa
rere color alurgicus. deinde autē uiri
dem qui est ppinquier illi. post hoc aut
puniceus qui disparet in albo uel claro
nubis subtioris in extremitate. q̄ aut
dicit aristo. tres irides aut plures dua
bus intelligendū est ut in pluribus. ra
ro enī uidet tres. ultimo enī est intelli
gendū q̄ caligine exāte in superficie ma
ris. itredū & nō multū eleuata appuit i
cōnexo ipsi⁹ supius nauigatib⁹ linialiter
iris habēs oēs colores iridis. nō existēte
nube que cum nauigatib⁹ uidebatur

transferrī semper apparere in eadē distātia & situ ad ipsos causa usquequo de fecit caligo. Cū aut̄ huius quodāmodo fuit eadē que est ei⁹ que apparet cōiter sub nube. superior enī pars caliginis radiis solis incidētib⁹ antiparitasim passa auertabat in subtilē rotationē culus partes rotationē speculi habebant quibus possibile est apparere colorē corpis obiecti. nō aut̄ figurā sicut dictum est prius. mare aut̄ ex opposito nauigantib⁹ existens nauigantibus apparebat alterius figure. facit enī circa terrā figurā circularē nō planā. ipm̄ autē cum sit aqua pura & a remotis uidetur nigrū representabat colorē quēadmodū nubes. & ppter hoc sicut lumen solis refractum a rotatione sub nube opposita existente ad uisum existētē in medio causantē diuerse appitiones coloris. ita a rotatione existente in cōnexo predictę caliginis sub nigredine maris altioris apparentis etiā refractū ad uisum causat figuram & colores iridū. & quia huiusmodi iris ex refractione luminis ad uisum causabat uidebatur transferrī translatum nauigantibus. quia ab illa & alia parte fiebat continue alia & alia refractione ad uisum que uult fieri in distātia & situ determinatis. de generatōe aut̄ colorū iridis in speciali. & ordine ipsorum aristo. satis determinat. & ideo de his nihil querendū ad presens.



Vod aut̄ neq; circulū possibile est fieri iridis neq; maiorē semicirculo portione: & de aliis accedentib⁹ circa ipam ex descriptione erit cōsiderantib⁹ manifestū. Postquā prius determinauit de causa existentia iridis & coloribus ipsius. hic intendit determinare de figura. & de his que cōsequunt̄ ipam quandā ad figurā & primo premitit intentū suū dicens q̄ ex figurali descriptione iridis quātū ad sitū eius & solis & uisus poterit esse manifestum considerantibus q̄ non est possibile iridem apparere s̄m circulum perfectū. nec s̄m proportionē maiorem semicirculo. adhuc aut̄ & de aliis accidentibus circa ipam. Deinde cū dicit. S̄miferio enī existente super orizō.

tem circulū in quo. a. Centro autem k. alio at̄ quodā oriēte signo i quo. h. Prosequit̄ & primo determinat de figura ipsius. & de his que sequunt̄ ipam. s̄m q̄ huius. secūdo cū dicit. q̄ autē in minoribus. De tpe appitionis ipsius. circa primū primo proponit cōclusiones quas demonstrare intendit. secūdo cum dicit. Sit. n. in oriēte. primo demonstrat eas. adhuc circa primā partē primo designat quosdā terminos. secūdo cū dicit. Si. que. a. k. in ipis proponit cōclusiones Circa primū est intelligendū q̄ orizon est circulus terminādī uisus aspiciētis undiq; & intelligit transire per centrū quia differētia a centro terre usq; ad superficiem. nullā facit sensibilē differētiā respectu totius. & per cōsequēs ē de magnis circulis sperę. & diuidit eā in duo emisperia. s. superius & inferius. q̄ est sub ipō. & superius quod est supra ipm̄ cui⁹ idem orizon terminus est. dicit ergo q̄ emisperiū quod ē supra orizontem habēs ipm̄ tanquā terminū signetur. per. a. centrū aut̄ eiusdē emisperii significet̄ per. k. utriusq; enī necesse est esse centrum idem cū orizon sit terminus emisperii. signū aut̄ aliquod oriens super orizontē sit. h. Intelligit autē per centrū. s. k. uisum alicuius existentis in medio orizontis. per signum aut̄ oriens. s. h. intelligit solem aut etiā lunam ad quem fit uisus refractione s̄m mathematicos. Deinde cum dicit. Si que. a. k. linee secūdū conū excidentes faciāt uelud axem in qua. h. k. & a. k. ad. m. adiungate refrangatur ab emisperio ad. h. super maiorē angulū ad circuli peripheriā incidēt. a. k. Et siquidem in oriente aut in occidente austro refractione fiat: semicirculus assumetur circuli ab orizonte. q̄ super terram fit. Si aut̄ supra semper minor semicirculo. Nimiū aut̄ cum in meridie fuerit austrū In istis terminis supposito situ solis & uisus in iride determinato prius proponit cōclusiones quattuor dicens. q̄ si linee plures ptracte. a. k. s. uisu ad emisperium s̄m conū constitutū circa lineā

h. k. quasi circa axem ita q̄ supra ipsam
constituat angulos acutos equales in pu
cto. k. s. ex opposito ipsius. h. & a. k. pro
tracte ad. m. arcum quendam in emis
perio applicatur ad. h. s. solem uel astru
constituendo triangulum. h. k. m. de ne
cessitate refragetur super maiorem an
gulum eiusdem trianguli. s. super. k. &
In peripheria circulari refrangetur que
dam super angulum maiorem triangu
li que super. k. qui de necessitate est ob
tus. qm̄ si esset rectus oporteret nubē
a qua fit refractio iride esse super ce
nith capitis aspicientis. & si esset acut⁹
oporteret ipsam esse inter cenith capi
tis & solem. quorū utrumq̄ est impossi
bile in apparitione iridis. dictum enim
est pri⁹ q̄ nube opposita soli & visu in
termedio nubis & solis apparet iris &
nō aliter. q̄ autē in peripheria circula
ri probabit cōsequēter & conclusio est
hec prima. Si uero astrum ad quod re
frangantur radii uisuales a nube oppo
sita fuerit in oriente uel etiam in occi
dente directe abscindetur ab horizonte
existente super terram semicirculus cir
culi constituti per refractionē radiatorū
in nube. hoc est dictum. q̄ stella in ori
ente uel occidente existente apparet se
micirculus iridis precise & hec est secu
da. Si autē eleuetur super orizontem.
de necessitate apparebit minor posito
semicirculo. & hec ē tertia. Si autē astru
fuerit in meridie apparebit minima p
portio circuli quod contingit appare
re in iride. & hec est ultima. Cōsequē
ter cum dicit.

Sit enī in oriente primo cuius. h. &
refracta sit. k. m. ab. h. & planum ere
ctum sit in quo. a. quod a trigono in
quo. h. k. m. Circulus igitur decisio
erit sperē quā maxim⁹ sit in quo. a.
Differt enī nihil si quodcūq̄ eorum
que super. h. k. secūdu trigonū. k. m.
h. erectum fuerit planum.

Primo intendit demonstrare has cōclufi
ones. & primo p̄mittit quedā quib⁹ ute
tur sicut suppositiōib⁹ in demonstrando
eas. secūdo eū dicit. Exponat igr̄ qdā li
nea. Accedit ad ostendēdu ipsas. in p̄ma
pte facit tria s̄m tria in genere q̄ p̄mit
tit. dico autē in genere. q̄a sup quibusdā

Illorū cōtinētur plura propinquā tñ in
uicē: & scilicet secūda ps qui igr̄ ab his.
tertia cū dicit. Que. n. q̄. k. g. In prima
pte ymaginemur sperā & orizontē di
uidentē eā in equalia. & in oriente ipi⁹
orizontis astrum ad quod fit refractio
quod assignat per. h. & a. k. s. cētro ipi⁹
orizontis seu visu protrahat linea ad. m.
per q̄ itelligit partē emisperii a qua fit
refractio. & huiusmodi linea. k. m. ad.
h. s. ad astrum. manifestū est q̄ factus ē
quidā triagulus. s. h. k. m. deinde eici
atur in spera predicta planū. i. superfi
cies s̄m triangulū. h. k. m. ymaginādo
predictū triangulū extendi s̄m quātita
tem sperē & signet superficies illa p. a.
manifestū est q̄ huiusmodi superficies
diuidit sperā in duo equalia q̄a transit
per cētrum & est maximus circulus in
ea. oīs circul⁹ qui transit per centrum
maximus est sicut p̄bat sexta cōclusiōe
theodosii de speris in qua proponit cir
culorū in spera existentū qui per cen
trum sperē transit maior est eis. q̄ autē
iste circulus per centrū transeat appare
at quia eiciat i spera s̄m trigonū. h. k.
m. qui accingit centrū sperē in puncto
k. sed qm̄ plures possit fieri trianguli
in spera siles ei qui est. h. k. m. in alia &
alia superficie sed nō in eadē hoc enī
est impossibile ut iā p̄bat itē & s̄m unum
quodq̄ pōt eici circul⁹ in spera dicit q̄
nō refert ad p̄positionē quocūq̄ circul⁹
uel superficies exigatur in spera super
lineam. h. k. s̄m. h. k. m. in quacūq̄ sup
ficie s̄m quēcūq̄ triangulū. & quacūq̄
supficie erigat semp erit maximus cir
culus diuidēs sperā per mediū quod fa
cit ad p̄positū. Cōsequēter cū dicit.

Que igit̄ ab his que. h. k. ducte linee
in hac rōne nō cōstituēt semicirculi
in quo. a. ad aliud & aliud signum.
Proponit secūdu dicens. q̄ cū a signis
h. & k. p̄trahatur due linee ad. m. puta
h. m. & k. m. hñtes determinatā p̄por
tionē impossibile est q̄ ab eisdem signis p̄
trahatur alie due linee. ad alium pun
ctum in eodem semicirculo eiusdē cir
culi habētes adinulcē eandē proportio
nem quā habent. h. m. & k. m. dico autē
in eodē semicirculo eiusdē circuli. quia
in alio semicirculo ei usdem uel etiam
in alio & alio circulo possunt in eisdē
signis ad aliud & aliud protrahi pun

Etum linee habentes eandē proportiōnem predictis in eodē autē semicirculo est impossibile. hoc autē prius supponit hic tanquā manifestū. potest tñ declarari sic. dentur enī si possibile sit due alie linee ptracte ab. h. k. ad aliud signū puta ad. g. habētes eandē proportiōnē inuicem quā predictae. & signet punctus g. in circulo. a. g. b. m. eodē modo ostenditur & si signet supra. tunc manifestū est ex suppositiōe q̄ que est pportio. h. m. ad. k. m. eadē est proportio. k. g. ad h. g. ergo pmutatim per. xiiii. quinti enclidis que ē proportio. k. g. ad. h. m. Sed prime due sūt equales. s. k. m. & k. g. que procedūt a centro ad circūferentiā circuli. ergo alie due. h. m. & h. g. de necessitate ergo sūt equales. sed hoc est impossibile. ergo impossibile est q̄ a predictas duobus pūctis protrahātur alie due linee ad aliud signū in eodē semicirculo habētes eandē proportiōnē cū prius. q̄ autē impossibile sit. lineam. h. m. esse equalē. linee. h. g. appet primo q̄a linea. h. g. est propinquior centro quā linea. h. m. ergo erit longior ea. sicut potest haberi per octauā tertiū geometrie que dicit. q̄ si extra circulū puncto signato. ab eo ad circūferentiā plures linee ducantur circulū sectantes per centrū que transit oīum est longissima. centro autē propinquiores remotiores longiores. eadem aut ratio est si protrahantur a puncto in circūferentiā signata. secūdo quia linea. h. g. maiori angulo opponitur in triangulo. n. h. d. k. angul⁹. k. cui subtendit. linea. h. g. maior est quā sit in triangulo. h. k. m. angulus. k. cui subtenditur linea. h. m. cum sit totū ad spm. ergo linea. h. g. maior est linea. h. m. oīum enī duorum triangulorū quorum duo latera unius sunt equalia duobus lateribus alterius. Si fuerit angulorum sub equis lateribus contentorū alter altero maior basi q̄ eius basi alteri⁹ maior erit. sicut pbat. xiiii. primi geometrie. manifestū est igit q̄ a pūcto. h. k. nō possunt ptrahi alie due linee ad aliud signū. ab. m. in eodē semicirculo habētes eandē proportiōnē inuicē quā habent. h. m. & k. m. Deinde cū dicit. Quoniā. n. que. k. h. signa data sunt & que. k. m. data utiq̄ erit & que. m.

h. Quare & ratio ei⁹ que. m. h. ad. m. k. super datam igitur peripheriā tangit. m. Sit itaq̄ hoc in qua. n. m. quare decisio peripheriarū data:

Premittit tertiū sub quo continet multa fm ordinē se habētia. quod primo facit. secūdo cū dicit. Apud aliā aut. resumit uirtutē secūdo propositi. dicit igit primo q̄ manifestū est q̄ signū. h. datū & notū est. est enī astrum existēs in tertio orizontis. s. l. r. k. datum est & notū quia est centrū orizōtis seu uisus. hiis aut datis & notis. data est linea. h. k. p quā adinuicē distant. sicut apparet per xiiii. cōclusionē de datis magnitudinibus ubi probat q̄ si recte linee termini date fiant positiōe data erit linea recta positione & magnitudine. si autē h. k. linea data fuerit data erit. k. m. q̄ est equalis eidem cum procedant a centro ad circūferentiā. data enim aliqua linea & nota. data est & nota equalis eidem. & hoc supponit prius tanquā manifestū. Sed subdit q̄ si linea. k. m. nota est & data. data ē & nota linea. h. m. quia si linea. k. m. nota est notus est terminus eius. s. m. signum etiam. h. notū est. ergo distantia eorum. s. linea. h. m. nota & data erit per precedentē cōclusionē. Si aut linea. h. m. & k. m. adinuicem sunt date & note. proportio earum adinuicē est data & nota datarū. n. magnitudinū proportio adinuicē data est. sicut probat prima cōclusionē de datis magnitudinib⁹. manifestū est aut q̄. k. m. protrahit a centro ad circūferentiā circuli maximi dati tanget igit fm punctum. m. datā periferiā circuli maximi. si aut linea. k. m. imagineē circumferri circa centrū. k. constituet in motu suo circulum quendā qui sit. m. n. qui scindet alium circulū magnū in puncto. m. quia cum signum. m. datum sit data erit & nota decisio. i. locus decisionis duarum circūferentiā duorum circulorū. s. a maioris: & m. n. minoris. Deinde cum dicit.

Apud aliā aut que. m. n. peripheriam ab eisdem signis eadem ratio in eodem plano consistit

Resumit uirtutē secūdo positi prius di

ceus. & linee due ab eisdem signis. s. h. & k. protracte in eadem superficie. & in eodem semicirculo ad alia & alia periferia circuli. qua ad eam que est. n. m. non habebit eandem proportionem quam habent due protracte ab eisdem signis ad ipsum. n. m. & hoc est idem cum eo qui ponebatur prius. & eodem modo contingit demonstrari. nisi quod prius accipiebat lineas protrahi ad punctum. m. modo ad circumferentiam. n. m. quod non contingit in eadem superficie nisi in uno puncto ipse. n. m. s. in. m. Consequenter cum dicit. Exponat igitur quedam linea que. d. b. & descindat ut. m. h. ad. m. k. que. d. ad b. Maior autem que. m. h. ea que. k. m. quam super maiorem angulum refractionis: sub maiori enim angulo subtenditur eius qui. m. k. h. trigoni. Adinueniat igitur ad ea que. b. in qua. z. ut sit quod quidem. d. ad. b. que. b. z. ad. d. Deinde quod quidem. z. ad. k. h. que. b. ad aliam fiat que. k. p. & a. p. ad. m. copuletur que. m. p.

Accedit ad demonstrandum propositas conclusiones & primo ostendit quod stella existente in termino orientis & uisu in centro eiusdem poli circuli iridis erit in extremitate linee protracte in superficie orientis a puncto. h. per punctum. k. usque ad alterum terminum orientis. secundo cum dicit. Si igitur eo in quo. p. Determinat ipsas in prima parte propositis proportionibus quarundam linearum adinuenit conclusionem suam & uirtutem medii per quam probat. secundo cum dicit. Non enim sic. Probat medium. in prima parte primo premitteit quedam de diuisione & protractione & proportione linearum quarundam. in secunda cum dicit. Erit igitur. p. Infert conclusionem que ex uirtute propositorum demonstratur in prima parte dicit primo quod protrahat extrinsecus linea quedam que sit. d. b. per primam petitionem que dicit a puncto ad punctum rectam lineam ducit. secundo ponit quod huiusmodi linea diuidatur in. d. & b. ita ut sit proportio d. ad. b. eadem que est. h. m. ad. k. m. protractas prius in circulo. a. & hoc conuenit fieri per. xij. proportionem sexto geo-

metrie que dicit quod duabus lineis propositis. altera in diuisa. altera uero diuisa per partes indiuisam ad modum diuise diuidere. tertio proponit quod linea. h. m. maior est ea que est. m. k. quam linea semiconu procedens. a. k. refrangit ab. m. ad. h. super angulum maiorem constituendo lineam. m. h. que in triangulo h. k. m. opponat maiori angulo. sicut dictum est prius quare linea. d. maior est linea. b. quarto dicit quod preter hoc adiungatur ad lineam. b. incontinuum & directum quedam linea que sit. z. tante quantitatis ut sit proportio b. & z. simul ad ipsum. d. que est ipsius ad ipsum. b. & hoc contingit facere. quia cum. b. sit minus ipso. d. semper determinatam proportionem contingit ipsi. b. tamen addere quod semper eadem proportionem excedit. ipsum. d. quinto adiungit quod que est proportio ipsius. z. per se sumpti ad. h. k. lineam protractam ab astro ad centrum orientis. eadem sit ipsius b. ad aliquam aliam quod contingit facere quod proponit a quibusdam in primo geometrie que dicit. quanta est aliqua quantitas ad aliam tantam esse quamlibet tertiam ad aliquam quartam que ueritatem habet. in continuis si antecedentes fuerint equales uel maiores consequentibus. sicut contingit in proposito. & sic ita. k. p. iuncta in continuum ipsi. k. & ab ipso. p. protrahat linea quedam ad. m. in emisserio superius n. k. m. tangit periferiam circuli. n. m. Deinde cum dicit.

Erit igitur. p. polus circuli ad quem que. a. k. linee incidunt: erit enim quod quidem que. z. ad. k. h. & que. b. ad. k. p. & que. d. ad. p. m. Infert conclusionem adiungendo medium ex cuius uirtute probat dicens quod hiis premissis p. quod est in extremitate linee protracte ab. h. p. k. in superficie orientis erit polus circuli. a quo omnes linee protracte. a. k. centro seu uisu refrangit ad. h. s. astrum premissis. n. existentibus uerum erit dicere quod quod est proportio. z. ad. h. k. & b. ad. k. p. eadem erit ipsius. d. ad. p. m. ex quo uirtute sequitur. p. esse polum circuli. deinde cum. d. Non. n. fit sed aut ad minorem aut ad maiorem ea que. p. m. nihil. n. differt: si ad. p. r.

Probat istud medium qualiter. n. ex ipso

sequit̄ cōclusio posterioꝝ uidebit̄. & primo facit q̄ dictū est. secūdo cū dicit. q̄a erit. ex hōc infert quāndā aliā cōclusio nē propinquiorē proposito. circa p̄mū primo accipit oppositū p̄positi pro ypothesi. secūdo cū dicit. Eandem ergo rationē. ducit ad impossibile. tertio cū dicit qm̄ igitur. q. d. ex destructione illiꝝ impossibilis cōcludit propositū in prima parte dicit q̄ ponamus q̄ nō sit eadem proportio. d. ad. p. m. que est. z. ad. h. k. & b. ad. k. p. sed sit aliqua proportio ipsiꝝ ad aliquā minorē aut ad aliquā maiorem quā sit. p. m. & ponamus q̄ sit ad aliquā minorē. s. ad. p. r. & sit. r. punctus aliquis signatus inter. p. & m. nihil enī differt ad p̄positū siue ponat̄ habere eandē proportionē ad maiorē uel ad minorē. idem enī incōueniēs sequitur utroq̄ modo. & eadē est probatio. Deinde cum dicit.

Eandem ergo rationē. h. r. & k. p. & p. r. adinuicem habebunt: quā quidem que. d. b. z. que aut. d. b. z. p̄porcionales erant secundū quā quidem que. d. ad. b. que. z. b. ad. d. Quare q̄ quidem que. p. h. ad. p. r. que. p. r. ad eam. que. p. k.

Intēdit deducere ad impossibile. & primo declarat p̄portionē quāndā linearū secūdo cum dicit. Si igitur ab his. illis suppositis deducit ad impossibile. in prima pte dicit. q̄ si que ē proportio. z. ad k. h. & ipsius. b. ad. k. p. & d. ad. p. r. ex ypothesi est eadem. eadem erit p̄portio ipsorū inuicē q̄ est ipsorū. s. d. b. per cōtinuatā p̄portionē. si enī antecedēs ad cōsequēs se habet sicut antecedēs ad cōsequēs erit p̄mutatim. sicut añs ad añs. ita cōsequēs ad cōsequēs. sicut appet ex q̄nto euclidis. ergo cōuertēdo. sicut. d. & b. & z. adinuicē hñt. ita. p. r. & k. p. & h. k. adinuicē se hēbūt. Si enī. iiii. fuerint p̄porcionalia erit ecōtratio sicut cōsequēs primū ad añs primū. ita cōsequēs s̄m ad cōsequēs s̄m sicut appet ex eodē. q̄nto. sed. d. b. z. sic adinuicē p̄porcionatur q̄ q̄ est p̄portio ipsius. d. ad b. eadē est ipsius. b. z. simul ad ip̄m. d. sicut appet ex p̄cedētibꝝ sic enī diuidebāt ille linee. q̄a eadē erit proportio. p. r. & k. p. & h. k. inuicē. ita ut eadē sit p̄por-

tio. p. r. q̄. rñdet ipsi. d. ad. k. p. q̄ rñdet ipsi. b. q̄ est. p. h. totius cōgregati ex. h. k. & k. p. ad. p. r. qualr manifestū si p̄dicta uera sunt q̄ q̄ est p̄portio. h. k. p. ad p. r. eadē erit ipsius. p. r. ad. k. p. Consequenter cum dicit.

Aliud in cōparatiōe ad effectus ip̄orū Circa primū est intelligendū. q̄ elementa prima s̄m q̄ substantie quādam subsistentes sūt specificant per formas eorū substantiales. alias & priores a p̄dictis qualitatibus que consequunt huiusmodi qualitates. sicut per se passionesque nobis magis manifeste sunt. quia sensibiles. p̄pter q̄ p̄ius eas sepe accipit loco differentiarū substantialiū sicut effectū pro causa. s̄m autē q̄ sunt corpora tangibilia cōstituunt medie per huiusmodi qualitates primas sicut per formas. s̄m quas agunt immediate. & etiā paciuntur quibus suppositis dicit. qm̄ sicut determinatū est. secūdo de generatiōe quattuor sūt qualitates tangibiles prime que sunt cause formales elementorū. s̄m q̄ tangibilia sunt puta calidū. frigidum. humidū & siccū. quibus s̄m q̄ huiusmodi specificant uel sunt cause. i. effect^o per se formarum substantialiū que sūt cause formales elementorū s̄m q̄ substantie sunt s̄m cōiugatiōes harum qualitatum possibiles. necesse est quattuor esse elementa prima tangibilia & corruptibilia manifestū enī est q̄ cum iste qualitates sunt proxima principia alterius q̄ necesse ē cuiuslibet elementū esse duas. unā s̄m quā agat. alterā autē s̄m quam patiat seu patit primo. possūt autē huiusmodi qualitates. iiii. cōbinari sex modis. puta si dicam^o calidū. frigidū. humidū. siccū q̄ sūt impossibiles. & iō nō cōstituūt eīm aliquid. ad hoc si dicam^o calidum siccū q̄ sunt ip̄ius ignis. calidū humidū q̄ sunt aeris. frigidū humidū q̄ sūt ip̄ius aque frigidū siccū q̄ sūt ip̄ius terre passibiles existētes. sicut igitur quattuor sunt eia iuxta coniugationes passibiles quattuor qualitatum primarū. Cōsequēter cum dicit.

Duo autē passiuua siccū & humidum. Fides autē horū ex inductione.

Resumit quedā de ip̄is per cōparationem ad effectus ip̄arū. i. de uirtutibus ip̄arū. & circa hoc primo proponit intentū suū. Secūdo cum dicit. Videtur enī. Probat ip̄m. tertio cum dicit. quod quidem igitur. concludit p̄batū primo igitur p̄ponit dicēs q̄ de quattuor dictis

qualitatib⁹. due sunt qualitates actiue primo. ex consequēti passiue. s. calidum frigidū. alie autē due passiue primo. ex cōsequēti actiue. s. humidū siccū. cuius fides primo potest fieri per inductionē deinde per rationē sumptā ex diffinitī onibus. Cōsequēter cum dicit.

Videtur. n. in oībus caliditas quidē & frigiditas terminātes & copulantes & permutantes & homogenea & nou homogenea & humectantes & exsiccantes & indurantes & mollificantes.

Probat propositū primo per inductionem. secūdo cū dicit. Adhuc autē ex rationibus. per rationē sumptā ex diffinitī onibus earū. adhuc circa primū primo probat calidum & frigidū esse actiua p inductionē in operib⁹. secūdo cū dicit. Sicca autē & humida. humidū & siccum esse passiua. pmo igitur dicit q̄ calidū & frigidum apparent ad sensum in oībus corporib⁹ naturalib⁹ terminare in terminata copulare seu segregare ea q̄ sunt unius nature quā ea que sunt alterius & etiam permutat autē appellat in grossare aut coagulare. sicut interminata existētia termino proprio. aut infigurata figura propria accipiunt figuram propria & terminū propriū nō sequēdo figuram & terminū continētis calidum igitur apparet terminare cum humidū interminatū ingrossat. sicut mel ingrossat ab igne. & quecunq; per decoctionē grossiora facta accipiunt ppriā figuram ita ut nō sequatur figurā continētis. frigidū autē apparet terminare cum humidū fluidū existēs cōgellat ita ut nō amplius sequatur terminū cōtinētis sed teneat proprium. copulare autē seu congregare apparet calidū cū subtiliādo mouet coram ea sursum uniendo sibi inuicem que sūt unius nature. frigidum autē congregat nō tantū homogenea sed etiam nō homogenea per congectionē uniendo. & mouendo deorsum. adhuc autē uident ad sensum. calidū & humidū permutare humectando. & exsiccando. & indurando & molliendo corpa in potentia adhuc humectant quedam. n. & indurant quedam & exsiccant & mollificāt a calido.

quedam autē a frigido. sicut in cōsequētib⁹ declarabit. sic igitur calidū & frigidum determināt & congregāt & permutant per se & primo. ista autē sunt agere. quedā igitur sūt qualitates actiue. Consequēter cum dicit.

Sicca autē & humida terminata & alias dictas passiōes patientia: ipaq; secundū se & quecūq; cōmunia ex amobus corpora constant.

Probat siccum & humidū esse passiua inductione dicens. q̄ sicut calidū & frigidum inueniunt terminare. copulare & permutare per se. ita & sicca & humida apparēt ad sensum terminari & copulari & permutari. & alias passiōes. s. humectationē. indurationē & exsiccationem & mollificationē fm se pati. uel ipa fm se sumpta simplicia corporibus. uel fm q̄ sunt ad mediā reducta fm q̄ inueniunt in corpibus mixtis que constitunt cōiter ex amobus. humidum enī interminatū existēs fm se passum a calido & frigido fm se terminat. siccū etiā passum a calido & frigido fm se terminat siccū etiā passum a calido molli ficat & humectat. Si igr talia fm q̄ huiusmodi pati quedam sūt: siccū & humidū erunt qualitates passiue primo. De inde cum dicit.

Adhuc autē ex rōnibus palā qbus determinam⁹ naturas iporū. Calidū qdē enī & frigidū ut factiua dicimus cōcretiuū. n. sicut factiuū aliquod ē humidū autē & siccū passiua. Facile terminabile. n. & difficile terminabile i pati aliqd naturā iporū dicitur. probat hoc idē p rōnē sumptā ex diffinitī nib⁹ iporū dicens. q̄ adhuc manifestū ē ex diffinitīōib⁹ p q̄s determinant nature iporū. q̄ calidū & frigidū sūt actiua primo humidū & siccū passiua. diffinitētes enī calidū & frigidū dicim⁹ ea esse factiua. calidū enī dicim⁹ cōgregatiuū homogeneorū. frigidū at cōgregatiuū homogeneorū. & nō homogeneorū cōgregare autē ē agere. q̄ in rōne diffinitiuā iporū est agere. sūt igr actiua fm se. Siccū at & humidū fm se sūt passiua qm natura iporū q̄ signatp diffinitīōes eorum determinatur per pati ad. s. per

facile & difficile terminabile. dicimus enim humidū nō bene terminabile īmō proprio. bene autē terminabile īmō alieno. sicut autē ecōtrario. ppter q̄ s̄m se & primo sunt passiva. Deinde cum dicit. Quod quidem igitur hec quidē factiva: hec autē passiva manifestū. Cōcludit intentū probatū dicens q̄ sic est dictis est manifestū q̄ hic. s. calidum & frigidū sunt activa. hec autē humidū .s. & siccū sunt passiva. Forte autē obiceret aliquis circa preccētia q̄ non sint quattuor qualitates tangibiles prime. qm̄ sicut dicit in q̄nto methaphisice. in quolibet genere est ponere unū primū quod principū & metrū oīum eorum est que sunt in genere illo. sicut in numero unitas. & ī melodis diesis. in uocibus elem̄. sed qualitates tangibiles sūt unius generis in eo q̄ tangibiles sunt. ergo in eis erit ponere unā primā que erit principium & metrū quodāmodo aliarum oīum nō ergo erunt quattuor p̄me. Preterea s̄m p̄m secūdo de aīa. Omnis sensus unus est unius cōtrarietatis prime. sicut uisus albi & nigri. auditus acuti & grauis. si igit̄ tactus ē sensus unus. si enī essent plures essent sensus plures quā quinq̄. cuius cōtrarium probat p̄m in eodē secūdo. erit unius cōtrarietatis prime. est autē per se qualitātū sensibiliū tangibiliū. in qualitatibus igit̄ tāgibilibus erit una cōtrarietas prima. sed una cōtrarietas ē duorū extremorū tm̄. ergo tm̄ erūt due qualitates prime tāgibiles. Ad hoc est intelligendū q̄ qualitates tāgibiles primo ad quas reducūtur oēs alie sicut ad illas q̄ manēt in eis uirtute. Sicut īmobili molī uirtute manet humidū & in duro sicum. & que nō reducūtur ad alios priores q̄ manēt in ip̄is uirtute nec una ad aliā que sit in ea s̄m uirtutē. quattuor sunt tm̄ calidū. frigidū. humidū. siccū. Inter quas tm̄ sunt due principaliores aliis. s. calidū & frigidū. quarū una est principalior altera. s. calidū. Primū declaratio est. qm̄ qualitates prime sūt p̄xima principia alterius in corpibus primis. aliquod autē est principū alterius accidētū aliquid autē passiuū. quare oportet quōsdā ip̄arū esse actiuas p̄mo. quōsdā

autē passiuas primo. si enī essent actiue tm̄. uel tm̄ passiuę. tunc elā tm̄ agerent uel tm̄ paterent in alteratiōe naturali q̄ est incōueniens & īpossibile. passiuū autē ad actiuū reducitur. nō sicut aliquid manens in ip̄a uirtute. nec ecōtrario. sicut nec materia ad formam nec ecōtrario modo sunt diuersa s̄m se sicut potētia & antecedēs que sūt actiue prime differentie entis. quare qualitātū tangibiliū primarū quedā sunt actiue primo. que dam passiuę p̄mo. que nec ad alios. nec ad se inuicē reducūtur s̄m dictū modū tales autē nō sunt unius sensus primo. si enī essēt oporteret q̄ reducerētur ad aliquā primā uel ad aliā q̄ esset unū sensus illius primo. q̄ nō contingit. quare de necessitate sunt duorum sensuū spē differentiū. sicut uidefinuere p̄m secundo de aīa. ita q̄ passiuę primo sunt unius. actiue nō alterius. quilibet autē sensus unus est unius cōtrarietatis primo circa obiectū primū. cuiuslibet autē cōtrarietatis sunt duo extrema. erunt igit̄ due qualitates passiuę p̄mo. & due actiue primo. & sic quattuor prime. Declaratio secūdi est qm̄ in omni genere agēs est honorabilior paciētī & principalior. sicut dicit p̄m tertio de aīa. agens enī se habet ad paciēns. sicut forma ad materiā & actus ad potētia. forma autē principalior est materia. & actus potentia & prior sicut apparet ex nono methaphisice. & octauo phil. ergo agēs nobilior est & principalior paciētī. Si igit̄ calidum & frigidū sint qualitates actiue prime. & siccum & humidū sunt passiuo primo. in alteratiōe naturali calidum & frigidū principaliores erunt humido & sicco s̄m naturā. q̄ erat s̄m. Declaratio tertiū est qm̄ qualitas tāgibilis ad aliā qualitātē tāgibile se habet sicut elem̄ cuius est primo se habet ad elem̄ cuius est altera primo. quia effectus ad effectū se habet sicut causa ad causam nunc autē ignis cuius est calidū primo perfectius & principalior est aqua cuius est frigidū primo. tanto enī honorabilior habet naturā corpus naturale. quāto plus elongatū est s̄m locū. sicut dicit primo de celo. ergo calidū principalior est frigido & p̄fectius s̄m q̄ huiusmodi. sic igit̄ qualitates sunt quattuor tangi-

biles primo. sic ut ad ipsas reducantur oēs
 sicut ad illas que manent in eis uirtute
 & ipse nō. alias manentes in eis sicut uirtu-
 tem. nec iste adinuicē sicut eundem mo-
 dum. inter istas aut sunt due principa-
 liores. s. calidum & frigidū. inter quas
 altera ē principalior. sicut bene proba-
 uit ratio prima puta calidū. Ad ratio-
 nē secundā quia uidetur probare quod sūt
 due prime que manēt in oībus aliis uir-
 tute. Dicendū est cōcedendo maiorē. s.
 quod oīs sensus unus est unius cōtrarieta-
 tis & c. Sed negando minorē. sensus enī
 tactus nō est unus spēs. sed genere. sicut
 habet uideri. secūdo de anima. nec sūt
 oīno quinque sensus nisi accipiendo ta-
 ctus qui est duo spēs pro uno. quia est un-
 genere propinquo. Posset etiā aliquis qu-
 rere. utrum huiusmodi qualitates tan-
 gibiles prime sint forme substantiales
 elementorū per quas subsistāt & speci-
 ficētur. De hoc uidetur alex. in comēto
 sensisse quod sic. cuius ratio fuit. quoniam calidū
 & frigidū & humidū & siccum sūt pri-
 me qualitarū tangibilū. similr autē ele-
 menta specificant & per qualitates pri-
 mas tangibiles. cuius probatio est quia
 per idem specificātur per que subsistūt
 simplr. & per que distinguunt a mathe-
 matico corpe. per formā enī specifican-
 subsistit omne quod subsistat per se & p-
 eam distinguit essentialiter a quolibet
 alio. elementa aut sunt subsistētia & a
 corpore mathematico distinguunt eo
 quod tangibilia sunt. ergo predictę quali-
 tates sunt forme substantiales eorū. Ad
 huc illa que primo operātur elementa.
 operatiōes suas essentielles uidentē esse
 forme specificę ipsorum. unū quod quod n.
 agit suam operationē per formā eius. ē
 enī forma qua quidam operat. elementa
 aut operant primo per huiusmodi qua-
 litates operationes naturales ipsorum.
 agunt enī sicut quod contraria sunt. sūt aut
 cōtraria sicut huiusmodi qualitates sicut
 dicit philosophus libro de sensu. ergo sunt for-
 me substantiales eorū. Adhuc aut est in-
 telligendū quod elementa prima corporum
 generabiliū possunt cōsiderari. aut sicut
 quod substantie quedā sunt per se subsisten-
 tes. aut sicut quod tangibilia. puta ignis po-
 test cōsiderari sicut quod ignis. est in genere
 substantie. aut sicut quod corpus tangibile pri-
 mo motiuū tū & differt ipsum cōsidera-

ri sic uel quia sicut quod ignis primo nō est
 sensibile. sicut aut quod tangibile est primo
 sensibile. si cōsiderētur elementa. prima
 sicut quod substantie sunt. sic huiusmodi qua-
 litates nō possunt esse forme substantia-
 les eorū primo quidē. quia forma sub-
 stantialis. cū sit per se obiectū intellectus
 sicut quod huiusmodi nō est sensibilis per se
 sed solo intellectu per se cognoscibilis
 qualitates aut tangibiles sūt sensibiles
 sicut quod huiusmodi. quia sunt per se obiectū
 primū tactus. ergo huiusmodi qualita-
 tes nō sunt forme elementorū substantia-
 les. Secūdo quia illud quod est substantia
 uni nō est antecedēs alii. quia aristoteli. primo
 philosophorū. quod uere ē fit a nō nulli. for-
 ma enī substantialis determinat sibi ma-
 teriā que sicut se nō est aliquid actu sed in
 potētia a nō determinat sibi subiectū quod
 est aliquid actu sicut se quāuis sit in potētia
 ad a nō. si igitur idem sicut se nō est in poten-
 tia & in actu. nec erit idem forma sub-
 stantialis & accidentalis sicut spēm & rōnē
 sed qualitates predictę accidentia sūt in
 corpib⁹ mixtis sicut manifestū est. quod ac-
 cidit enī plante aut animali calidū aut
 frigidū esse. cū calida manētia transmu-
 tētur ab uno in aliud. ergo nō sunt for-
 me substantiales. Tertio quia hoc est ex-
 presse contra philosophum. dicit enī libro de
 sensu & sensato. quod ignis aer aqua & terra
 nō agūt nec patiūt. sed sicut quod contraria
 idest sicut qualitates primas tangibiles sicut
 quas cōtrariant inuicem. si autē huius-
 modi qualitates essent forme constitu-
 tiue ipsorum. agere & pati quod conue-
 nit eis per ipsas cōueniret eis sicut quod ipsa.
 quidquid enī cōtingit alicui per formam
 cōstitutiuā cōtingit sicut se ei. quare ma-
 nifestum est quod ignis & alia huiusmodi
 aliquid sunt substantialiter per hoc quod sūt
 calida frigida. & humida & sicca. si igitur
 nō sunt forme substantiales ipsorum. Si ue-
 ro cōsiderētur sicut tangibilia. sic sicut quod
 huiusmodi sunt motiua tactus. sicut co-
 lores uisus sonus auditus. prima autē
 motiua sensus tactus sunt calidū & fri-
 gidū & huiusmodi. cū iste qualitates sint tā-
 gibiles prime. ergo sicut quod huiusmodi de-
 terminatur per huiusmodi qualitates sicut
 hō albus sicut quod albus determinat albe-
 dine: & sūt differentie ipsorum essentielles
 sicut ipsas adinuicē distinguūt sicut quod tā-
 gibilia a nō tangibilib⁹. & quia huiusmodi

qualitates sequuntur formas per se passibiles ipsorum per quas essentialiter distinguuntur secundum quod tangibilia. & numerantur per istas a posteriori accipitur ipsorum numerus & distinctio. & si sic alex. intellexit uerum intellexit & ratio ipsius. si autem intellexit quod essent forme constitutive eorum in genere substantie. non intellexit uerum ut apparet ex dictis. nec est uerum. quod assumit quod elementa sint substantia eo quod tangibilia. sed per formas substantiales quas consequuntur huiusmodi qualitates. nec etiam primo & essentialiter distinguuntur a corpore mathematico. per hoc quod tangibilia sunt. sed per predictas formas substantiales. Tertio dubitaret aliquis. utrum calidum & frigidum sint per se actiua solum & non passiua per se. humidum autem & siccum sint passiua solum. & non actiua per se. quod est difficile predictis. Si enim omne quod corrumpitur per se aliud. per se actiuum est in illud. & omne quod corrumpitur per se ab alio passiuum est ab illo per se. cum calidum corrumpatur & frigidum per se ab illo & e contrario. & humidum per se corrumpatur a sicco & e contrario. uidebitur quod calidum agens in calidum sit passiuum per se ab illo & e contrario. & humidum & siccum sint actiua & passiua per se mutuo. De hoc uisum est quibusdam quod huiusmodi qualitates. eque & primo sunt actiue & passiue. sed calidum & frigidum magis actiue & minus passiue sunt: siccum autem & humidum magis passiue & minus actiue. & hoc per rationem predictam. & quia omne agens naturale in agendo patitur. & in patiendo agit. sicut dicit philosophus secundo physicorum. quia igitur calidum & frigidum agunt naturaliter patiuntur per se. & quia humidum & siccum patiuntur naturaliter ut omnes concedunt erunt actiua per se. sed hoc uidetur esse contra intentionem philosophi. & contra ueritatem. contra intentionem quidem philosophi quia ipse ex intentione probat calidum & frigidum esse actiua. siccum & humidum passiua. Adhuc dicit calidum & frigidum diffiniri per esse actiua. siccum uero & humidum per esse passiua. Si autem intenderet quod hec & illa eque & primo essent actiua & passiua. non probaret hic esse magis actiua quam passiua. nec illa magis esse passiua quam actiua. nec diceret hec diffiniri magis per actiua esse quam passiua. nec illa magis per esse passiua quam actiua. cum unumquodque diffinatur per illa equaliter quod insunt sibi eque primo. ergo contra in-

intentionem eius est quod hec & illa sint eque primo actiua & passiua. contra ueritatem autem quia nihil unum & idem respectu eiusdem est eque primo in actu & potentia secundum philosophum octauo physicorum. potentia enim & actus sunt opposita. actiuum enim secundum quod actiuum est in actu. & passiuum secundum quod est in potentia. nihil igitur primo erit actiuum & passiuum respectu eiusdem. Si igitur calidum est actiuum in frigidum primo non erit primo passiuum respectu eiusdem. sicut si humidum patitur a sicco non erit actiuum primo respectu illius. Adhuc nulla qualitas simplex est principium per se & primo eorum que differunt genere quia unum secundum quod unum non est principium nisi unius. Secundo de generatione & corruptione. sed huiusmodi qualitates in corporibus simplicibus sunt simplices & prime. actio autem & passio differunt genere. quare huiusmodi qualitates non erunt eque primo principium actionis & passionis. Adhuc si esset actiua & passiua primo. non oporteret cuiuslibet elementi esse duas qualitates. sed unam tantum per quam ageret proximo & pateretur. hoc est falsum. ergo & primum propter quod alii dixerunt quod calidum & frigidum per se & primo sunt actiua per accidens autem passiua. puta per humidum & siccum. & siccum & humidum per se passiua. & per accidens accidentia. puta per calidum & frigidum. quoniam quod est principium primum & causa prima alicuius in genere. est principium & causa eiusdem in omnibus aliis quod sicut quomodo est causa prima caliditatis est causa caliditatis in omnibus calidis. quia primum in unoquoque genere est causa omnium aliorum. sed calidum & frigidum sunt principium & causa primo alterius naturalis. diffinuntur enim per hec. & quod conuenit alicui per diffinitionem conuenit ei primo. ergo erunt causa & principium actionis in omnibus aliis. Si ergo humidum & siccum agant. hoc erit per calidum & frigidum. & ita per accidens cum ipsis accidunt calidum & frigidum. Item cum humidum & siccum sint passiua primo. erunt causa passionis omnibus aliis. Si igitur calidum & frigidum patiantur. hoc erit per humidum & siccum & ita per accidens sed hoc uideretur esse impossibile. quia omne ens in actu secundum quod ens in actu est motiuum eius quod est tale in potentia sicut calefactiuum calefactibilis. & ifrigidatiuum

infrigidabilis. sed humidū s̄m q̄ humidum est aliquid ens in actu. & siccū est in potētia ad ip̄m quia unum subiectū est duorum cōtrariorū quod per se ē in potentia ad utrumq̄. ergo erit motiū ei⁹ per se. quare per se erit actiū. s̄m s̄m siccum s̄m q̄ siccum est aliquid in actu. & humidū est in potentia ad illud. quare erit actiū in ip̄m per se. Preterea oē quod reducit per se illud quod est in potentia de se in actum s̄m se est actiū. hoc enim dicimus actiū per se. sed humidum & siccum per se reducunt sensitiū tactus de potentia ad actum. quia sunt obiectum ei⁹ per se sicut album & nigrū uisus. & tactiū s̄m q̄ huiusmodi est in potētia respectu ip̄orum. quia sensus uniuersalr est potentia passua perfectibilis a sensibilibus s̄m q̄ sensibilia sunt. Idem autē agit sensibile in sensum primo & in suū cōtrariū. cum per idem agat. ergo humidū & siccum erūt actiua per se non igitur solum per accidens. hoc idē apparet uniuersalr per rationē primo adductam ad questionē istā omne enim quod corrumpit per se agit & omne quod corrumpit per se & p̄mo patitur. sic autē se habent calidum & frigidum. humidum & siccum. ergo erunt actiua & passua per se quāuis non eque primo. Propter quod uidetur esse dicēdū media uia iter predictas. s. q̄ calidū & frigidum. humidū & siccum sūt actiua & passua. per se differūt tamē quia calidum & frigidum sunt actiua per se. & primo quia agunt per se & primo nō precedēte aliqua passione facta ab alijs de necessitate. agunt enim nō humefacta uel exsiccata est prius de necessitate ab humido & sicco patiunt autē per se passa prius s̄m q̄ sicca uel humida. calidum enī nō patitur s̄m q̄ calidum nisi prius passum s̄m q̄ humidum uel siccū similiter etiam siccum & humidū sunt passua per se & primo. quia patiunt nō precedēte actiōe calidi uel frigidi de necessitate. agūt autē per se. sed nō primo. quoniam nō agunt in aliqd quod nō fuerit prius motum ab alijs .s. calido ul' frigido. si enim humidū agat i siccum. hoc est quia calidum ul' frigidum de necessitate prius agūt in ip̄m. Similiter si siccū agat in humidum. ita q̄ calidum & frigidum nō sūt nata pati nisi prius passa

s̄m q̄ humida uel sicca sint. tamen nata sunt agere nō precedēte actiōe ip̄arū. Similiter humidum & siccum s̄m se patiuntur. nō passa s̄m aliquid aliud pri⁹ natura. non agunt autē in aliquid non passum prius a calido ul' frigido actiuis & propter hoc calidum & frigidū sunt actiua primo ex cōsequēti passua. utrūq̄ tamē per se. humidum autē & siccum sunt passua primo ex cōsequēti actiua quāuis utrūq̄ per se. & quia unūquodq̄ determinat magis per illud quod cōuenit ei primo nō precedēte alio. calidum & frigidum diffiniunt per actiua esse. humidum autē & siccum per esse passua per hoc apparent rationes que uidentur in contrarium esse.



Determinatis autē his sumendum utiq̄ erit operationis ip̄orum quib⁹ operant factiua & passiuorum species. Primo q̄ dem igitur uniuersaliter simplex generatio: & naturalis permutatio harum uirtutum est opus: & opposita corruptio secundū naturam. Hec q̄ dem igitur plātis existunt. & animalibus & partibus ip̄orum.

Postquā resumpsit philosoph⁹ quedam de qualitatibus primis. per cōparationē ad subiectū & effectum earum. hic prosequitur nunc de intento inquirendo causas & principia passionū & proprietatum que cōsequunt primo corp⁹ mixtum per huiusmodi qualitates. & circa hoc primo premitit intentionē suam. Secūdo cum dicit. Primo q̄ dem uniuersaliter. prosequitur. Tertio cum dicit. Quā determinatū est recolligens dicta cōtinuat se ad dicēda. in prima parte dicit q̄ postquā determinatū est q̄ qualitates primarū tangibiliū. quedam sunt actiue primo. quedam uero passue. cōsequēter sumende sunt operationes & passionēs prime huiusmodi qualitātū in corporib⁹ mixtis quibus. s. qualitatibus operant accidētia naturalia. & patiuntur passua primo cōsiderādo species & differentias & rationes causarū earum. Est autē intelligendū q̄ omnes

passiones & operationes considerāde causantur ab oībus qualitatibus dictis actiuis. s. & passiuīs. sed quedā earum principaliter ab actiuis. quedam autē principaliter a passiuīs. primo igitur determinat de hiīs que principaliter attribuuntur actiuis. Secūdo cum dicit. Passiuorū autē. De hiīs que attribuuntur principaliter passiuīs. circa primū adhuc primo tangit q̄ sunt huiusmodi passiones seu operationes prime. Secūdo cum dicit. Est autē simplex. Determinat naturas earum & causas. In prima parte dicit q̄ prime quidē & vles operationes seu proprietates qualitatum dictarum in corporibus mixtis s̄m q̄ huiusmodi sunt generatio simplex. s. proprie & principaliter dicta. ad differentiam generationis s̄m quid dicit. & cum appositione que est actiuis adhuc autē & naturalis permutatio. puta digestio et indigestio. & species earum nō solum autē generatio. sed etī corruptio s̄m naturā ei opposita. Corruptionē autē s̄m naturā uocat eā q̄ fit uia nature. s. per senectutem. & in frigidationē. nō eam que est per uolentiam. de qua nō intēdit hic hec aut qualitates s̄m quas fiunt generatio et corruptio naturales oēs insunt animalibus in plantis et partibus animalium et partibus plantarū. nō t̄m in potentia sicut in materia. nec simpliciter et in actu sed in uirtute. sicut extrema in medio. & nō t̄m due quēadmodū in corporibus simplicibus. quorū unūquodq̄ duas habet earum. t̄m. Deinde cum dicit.

Est autē simplex & naturalis generatio permutatio ab hiīs uirtutibus: cū habeant rationē ex subiecta materia unicuique nature.

Determinat rationes & causas predicatarum operationum. et primo generationis et corruptionis simplicium. quia sunt priores s̄m naturam. Secūdo cum dicit. Reliquū autē dicere. De aliis permutationibus que sunt digestio et indigestio que sunt posteriores. quia circa accidentia fiunt adhuc. circa primū primo determinat rationē et causas generationis simplicis. Secūdo cum dicit. Simplicis autē. de corruptione sibi opposita. adhuc circa primum primo ponit definitionē generationis simplicis. Secūdo cū dicit. He autē sunt. Exponit eam. circa

primū est intelligendū q̄ generatio est transmutatio materie. transmutatio autē est de genere perfectionis ad quam est. sicut apparet tertio physicorū. Quia necesse ē generationē distinguī s̄m distinctionē entis. quia unūquodq̄ distinguitur distinctionē sp̄s & rationis sue. ens autē quoddā est primo & simpliciter dictum sicut substantia & hic. aliud autē est dictū. s̄m quid & per appositionē sicut accidentis q̄ nō est hic. quod ē entis simpliciter dicta. & ideo generatio quedā est simpliciter dicta puta generatio substantie. alia autē est s̄m quid & c. appositione. s. generatio accidentis. ut calidi & albi. substantie autē generatio nō separatur a generatione s̄m quid dicta. quia ē transmutatio indiuisibilis. & transmutationes indiuisibiles sūt motiuis. sicut dicit cōmētator super sexto physicorū. Vnde ab aliquibus solet dici generatio totum aggregatū ex generatione simpliciter substantie indiuisibili & alteratione precedente. similiter autē dicta generatio considerat. uno modo cōmuniter s̄m q̄ est acquisitio substantie cuiuscunq̄ quā s̄m uia nature primo iuenit in corporibus simplicibus. & sic de ipsa consideratur libro de generatione. ubi dicitur q̄ est transmutatio totius in totum nō manēte aliquo sensibili ut subiecto. alio modo consideratur magis determinate s̄m q̄ ē uia mediāte unum quod est per animam. & sic determinatur de ipsa & corruptione sibi opposita libro de morte & uita. ubi dicitur q̄ ei prima participatio aie uegetatiue in calido & humido. diffinitō igitur simpliciter generationē. secūdo modo consideratā dicit q̄ generatio simplex & naturalis est permutatio ab hiīs uirtutibus cum habeant rationem ex materia subiecta unicuique nature. in qua diffinitōe permutatio ponit sicut genus. sed quia in diffinitōe rerum naturalium oportet appere materiā. & per consequens agens nō additur q̄ est transmutatio ab hiīs uirtutibus. s. caliditate & frigiditate tāquā a principio actiuo nō quidē principali. sed organico. permutationibus passiuas qualitates quas appellat materiā ppter aptitudinē ad patiendū. nō quocūq̄ modo. sed q̄n habuerit rationē. i. p̄portionē q̄. s. hec sint nature agere & ille pati adhuc enī q̄ hoc agat necessaria est cōmāsuratio. ul' pōt exponi

hoc q̄ dicitur. cum habeant p̄portionē ex materia subiecta unicuiq̄ nature. quia calidū & frigidū in agēdo in humidum siccū quo quō patiunt̄ ab eis. sicut oē a gens naturale in agēdo patitur. sicut autē agendo & separando aliquā determinationē recipiunt s̄m exigētiam forme in cuius uirtute agunt. & sic determinata ulterius agunt. ergo generatio dicitur esse p̄mutatio ab hiis. s. caliditate & frigiditate cōpassa a materia in quā agunt habebūt rationē. i. determinationē quā possunt agere ad determinatā formam mixti disponēdo. & ad dispōnes per se consequētes. Deinde cum dicit.

He autē cōtradiete uirtutes passiue generant aut calidū & frigidū obtinentia materiā. Cum autē nō obtineant secundum partem quidem molis & indigestio fit.

Exponit dictam diffinitionē. quid. s. uocat materiā subiectā & quō calidū & frigidum generant. dicens q̄ materia subiecta in agendo unicuiq̄ nature agētī primo. sūt uirtutes passiue p̄dictae. s. humidū siccū calidū & frigidū que sūt nature primo actiue in alteratiōibus naturalibus primo agūt in istas. & iste primo patiunt̄ ab eis. ipsa autē calidū & frigidum generant organice quō in agendo possunt obtinere sup̄ passiuas. oportet enī agens uniuersalr̄ obtinere. & agens ad hoc determinatū obtinere s̄m rationē consequēter huc. quō autē non possunt obtinere super passiuas. sed magis obtinētur ab eis passie sunt propter debilitatē aut paucitatē ipsa aut propter multitudinē aut fortitudinē dictarum passiuarū fit molis. i. indigestus. alia s̄m partē. i. p̄ticulariter dicta uel molis sicut dicit indigestionē factam in eis que decoquunt̄. quō ignis decoquēs nō pōt obtinere. indigestionē autē uocat eam quā fit in alimēto aialis que nō potest obtineri a caliditate inexisterēte. Forte dubitaret aliquis utrum calidū & frigidum s̄m q̄ huiusmodi sint cause generatiōis simplicis. hoc enī uidet̄ s̄tīre p̄us primo. quia in diffinitione ei⁹ ponit ea dicēdo q̄ generatio simplex ē p̄mutatio ab hiis uirtutib⁹ & c. p̄tes autē diffinitionis sunt intelligēde per se. quare uidet̄ intēdere

q̄ calidū & frigidū sunt per se causa generationis. itē explanās diffinitionē dicit q̄ calidū & frigidū generant uincētiā materiam. ad q̄ est intelligendū q̄ que dam est causa generatiōis per se principalis que s̄m p̄pria rationē agit ad formā generati. & digerit agentia organice. & iponit terminū actioni eorum. Sicut ignis est causa per se generatiōis ignis & equus equi. & sic loquēdo de causa generatiōis simplr̄ dicte calidū & frigidū. s̄m q̄ huiusmodi nō sūt causa ipsi⁹. quā quidq̄ ē causa generatiōis s̄m hāc rōnem est per se causa generati. generatio enī simplr̄ est mutatio in substantiā. & de rōne substantie. & iō quidq̄ ē causa ipsius principalis est causa substantie p̄ se. calidū enī & frigidū cū sint de genere accidētū nō sūt causa p̄ se substantie. quā principia substantie p̄ se sūt substantia ergo nec erūt causa p̄ se ḡnonis simplicis dicte s̄m p̄prias rōnes. Ad hoc nihil s̄m q̄ huiusmodi agit ultra suā spēm & uirtutē consequētē ipsam. esse enī agēs per se agit primo in uirtute p̄prie sp̄ei. calidum autē & frigidū sunt accidētia. sicut ostēsum est prius. & ultra spēm accidentis. & uirtutē eius p̄ se ē generatio substantie. ergo calidū & frigidū non sunt cause ḡnonis simplicis dicte. s. substantie. Alia autē est causa ḡnonis organica seu instrumentalis quā organice agit puta disponēdo materiā ad receptionem actiōis agētis principalis. & sic loquēdo calidū & frigidū sunt causa ḡnonis substantie. disponūt enī materiā ad receptionē actiōis agētis primo corrupēdo. s. dispositiones cōtrarias forme generāde quā corruptis. generās principale in uirtute p̄pria formā substantiāle iuducit p̄ quā aliqd cōstituit in esse substantia quā est p̄ se termin⁹ ḡnonis. & s̄m hoc dicit p̄us q̄ calidū & frigidū generāt obtinētia materiam. Si uero loq̄remur de ḡnone s̄m quā ē ḡno accidētis puta calidi & frigidū quā uel p̄cedit ḡnom simplicis dicte. uel sequit̄ eā de necessitate. sic calidū & frigidū agentia in uirtute forme substantialis sūt causa ḡnonis hui⁹. sūt enī causa p̄ se alteri⁹ ḡnonis p̄cedētis ḡnonē simplicis dicte. & ḡnonis accidētū consequētium primo formā generatā. eo enī q̄ calidū & frigidū alterāt ad frigidū & calidum & ad q̄litates per se consequētes ea. eo

uerò nō agunt ut regulata a forma sub-
 stantiali generātis alterant ad determi-
 natum gradū s̄m q̄ cōpetit forme gene-
 rantis & generati. s̄unt igit̄ cause instru-
 mētalis seu disponētes naturā generati-
 onis simpl̄r dicte. sunt aut̄ cause per se
 ḡnonis s̄m quid. per hoc appet ad ratio-
 nes. Secūdo obiceret aliquis q̄ frigidū
 nullo mō causa esset ḡnonis. q̄m nihil
 q̄ est corruptiuū per se quia mortifica-
 tiuū. dicit̄ enī libro de morte & uita. q̄
 oīa uiuētia inueniunt̄ calida. moriētia
 aut̄ frigida. ergo frigidū nō ē causa ge-
 neratiōis. Ad quod est dicendū q̄ frigi-
 dum est causa instrumētalis seu organi-
 ca generatiōis simpl̄r quorūdā sicut ca-
 lidum. q̄m omne q̄ ē per se corruptiuū
 dispōnū cōtrariarū dispōib⁹ forme ge-
 nerande & actiuū per se dispōnū cōue-
 niētū ei est causa ḡnonis organica seu
 instrumētalis ḡnonis simpl̄r. q̄m corru-
 ptiuū dispōnū cōtrariarū ad receptio-
 nem actionis generātis principalis dicit̄
 mus causam instrumentale ḡnonis quia
 disponit materiā. & etiā causā generati-
 onis s̄m quid idueit per se dispōnes ac-
 cidētales consequētes formā. frigidum
 aut̄ ē per se corruptiuū dispōnū cōtra-
 riarū dispōib⁹ forme substātalib⁹ quo-
 rundā generandorū. est enī per se cor-
 ruptiuū calidi. que est dispositio cōtra-
 ria per se dispositioni per se quarundā
 formarū substātalū. puta aque & ter-
 re in simplicibus. & quorūdā mixtorū
 que sup̄abundāt in frigiditate. Item ē
 per se generatiuū frigiditatis que est p̄
 se dispositio quarundā formarū substā-
 talū. puta aque & terre simplicibus. &
 quorundā mixtorum saltem adomnio.
 igitur frigidum est causa instrumētalis
 quorundā simpl̄r & causa per se gene-
 rationis s̄m qd̄ quorundā. Est at̄ attēdē-
 dū q̄ sicut uniuscuiusq̄ corpis simpli-
 cis sunt due q̄litates prime simplices p̄
 quarū unā agit principl̄r per aliā uero
 patitur. sic cuiuslibet mixti sūt due qua-
 litates nō simplices. sed medie quarū al-
 tera est media inter calidū & frigidum
 altera aut̄ iter hūidū & siccū. & q̄a me-
 diū inter duo cōtraria est alteri⁹ magis
 alterius minus. sicut uidet̄ dicere phis-
 q̄rto metha. sic q̄litas media iter calidū
 & frigidū in aliquibus est accidens magis
 ad frigidū. puta in quibusdā ianīmatīs
 ut in metallicis q̄ sūt frigida quāuis fri-

giditate remissa. in aliquibus autē magis
 ad calidū. puta in aīatis in quibus ē ma-
 ior caliditas que requirit̄ per digestionē
 alimēti. & magis in aīatis p̄fectioribus
 in quibus adhuc requirit̄ adhuc maior
 quodā mō p̄pter operationē sentiendi
 & motum. in illis igit̄ mixtis in quibus
 qualitas media magis accedit ad fridi-
 dum. frigidū a dominio est causa gene-
 rationis simpl̄r instrumētalis s̄m dictū
 modū. & calidum ad nō est qualitas cor-
 ruptiua. & dicit̄ phis sicut educebat̄ q̄
 uiuētia inueniunt̄ calida. moriētia aut̄
 frigida. & in aīatis inueniūtur gradus
 calidi magis & minus remoti a frigido
 ponitur. & ex hoc cōuenit q̄ q̄dam mix-
 ta sunt corruptiua aliorū minus frigi-
 da. s̄. magis calidorū & econtrario. per
 hoc appet ad rationē ad oppositū. Ter-
 tio uero quereretur aliquis si siccum & hu-
 midum sūt per se materia generatiōis
 simplicis. & argueret q̄. sic. q̄a dicit̄ phi-
 losophus diffiniens eam. q̄ est permuta-
 tio ab hīs uirtutibus cum habeant rati-
 onē & substātia materia uniusq̄ natu-
 re. hec autē sunt dicte uirtutes passive.
 quia uidetur s̄m ip̄m q̄ huiusmodi uir-
 tutes sunt materia generatiōis simpli-
 cis. Ad quod dicendū q̄ aliquid est ma-
 teria p̄ se generatiōis. puta illud quod
 s̄m se subicitur in ea & manet in utro-
 q̄ extremo ip̄ius & est principiū genera-
 ti per se cui⁹ est materia prima que s̄m
 se nō est hoc. nec qualis nec quanta. nec
 aliquid eorum per que determinat̄ ens.
 sed ē in potentia hoc & substātia. & sic
 hūidū & siccum. aut aliquid sensibile
 in actu impossibile est esse materiā per se
 ḡnonis simplicis. q̄m illud quod est per
 se materia ḡnonis simplicis hoc modo
 per se subicitur ḡnoni & manet in tota
 trāsmutatione. & in utroq̄ extremo ge-
 neratiuū. nullū aut̄ sensatū in actu po-
 test esse per se subiectū ḡnonis hui⁹. ge-
 neratio aut̄ simplex ē q̄n hoc totū trās-
 mutat̄ in hoc totū nō manifeste sensibi-
 li ut subiecto eodē. ut dicit̄ primo de ge-
 neratiōe. igit̄ hūidū & siccū aut quod-
 cūq̄ sensatū. nō pōt esse subiectū ul̄ ma-
 teria p̄ se ḡnonis simplicis. item illud q̄
 ē p̄ se materia generatiōis simplicis hoc
 mō est p̄ se principiū ḡnati. hūidū autē
 & siccū nō sūt per se principiū generati
 simpl̄r q̄ est substātia. q̄a accidens nō est
 per se principiū. aliquid etiam est ḡnonis

simplicis materia dispōne. q̄a dispōne per se materiā ad recipiendū actionem agentis ip̄am aliquo modo. & s̄m hunc modum humidū & siccū sūt materia ḡionis simplicis. sunt enī dispōnes s̄m quas primo patit̄ cōtrariū ex quo fit generatio a calido & frigido generatibus organice. & materia hoc modo corrumpitur adueniente forma generanda s̄m corruptionē forme corrupte. Si uero loqueret̄ de generatione s̄m quid. posset dici q̄ humidū & siccū essent materia p̄ se & subiectū. quēadmodū humidum & siccū dicūtur subiectū calidi & frigidi. per hoc patet solutio ad rationē in contrarium. Consequēter cum dicit.

Simplici aut̄ generationi contrariū maxime cōmune putrefactio.

Determinat de corruptione ei opposita & primo manifestat q̄ putrefactio ē corruptio contraria ip̄i simplr. Secūdo cū dicit. Putrefactio uero est. Determinat de ea. circa primū primo premitit conclusionē suam dicens. q̄ generationi p̄prie & simplr dicte q̄ est mutatio in substantiā mixti est contrariū maxime cōsequēte putrefactio. sicut enī generatio simplr fit cū qualitates actiue obtinent sup passiuas. ita putrefactio fit cū passiuę fiunt sup ip̄as actiuas. Deinde cū. d. Omnis enī secundū naturam corruptio in hac uia est: puta senectus & anāsis: finis autē omniū aliorū horū putredo: nisi aliquid uiolētia corrūpatur natura constantiū. Est enim & carnē & os & quodcūq; comburere quorum finis secundū naturam corruptionis putrefactio est.

Probat eā per duas rōnes. quarū secūda ponit cū dicit. Propter hūida. in prima p̄te uideēt̄ intēdere rōnē hāc. corruptio corporis mixti ad quā ordinat̄ sicut in in finē oīs corruptio naturalis p̄ticulariter dicte sicut in finē. est cōtraria generationi simplicis. talis enī corruptio est ultima corp̄is resolutio mixti in simplicia ex q̄bus primo generabat̄. ultima aut̄ corruptio mixti cōtraria est ḡionī prime ip̄ius. q̄a a cōtrariis incipiunt: & ad cōtraria terminant̄. sic corruptio naturalis s̄m p̄tē dicte ordinat̄ in putrefa-

factionē sicut in finē. ergo putrefactio est maxime cōtraria generationi simplici. huius rōnis maior declarata ē. in noīe aut̄ ponit declarans eā. q̄. per inductionē dicens. q̄ oīs corruptio naturalis nō per uiolentiā est uia in hoc. i. in putrefactionē. corruptionē at̄ hic dicit omne detrimentū corporis mixti. n̄. iḡ. sicut senectus que est detrimentū in animalibus per infrigidationē & exsiccationem & anāsis hoc est uetustas in plantis. p̄prie enim istarū & aliarum huiusmodi corruptionū est ip̄a putrefactio si nō sit aliqua corruptio uiolenta. qua corrūpitur aliquid per uolentiam. puta cōbustio que secundū se nō ordinatur ad putrefactionē: quia est incineratio & resolutio in simplicia ab igne resolvente per uolentiā facta. contingit enim carnem & os & quodcūq; aliud cōbustibile. quorum corruptionis naturalis ulterius finis est putrefactio cōburere ab igne resolvente humidum & incinerando in siccum. sic igitur quasi per inductionē patet minor. Deinde cum dicit.

Propter quod humida primo: deinde sicca tandem fiunt putrefacta. Ex his enim facta erāt: & terminatū fuit humido siccum operantibus factiuis. Fit aut̄ corruptio cum id quod terminat̄ obtineat propter circūdans terminās.

Primo ponit secūda rōnē. Secūdo cū dicit. Quinimmo singulariter. adducit quoddā ad declarationē cuiusdā dicti. dicit iḡ q̄ quia generatōi simplici mixti cōtrariat̄ putrefactio. oīa que putrefiunt in principio putrefactōis inueniūtur exterius calido educēte humidū interius. deinde aut̄ exsiccāt̄ interius post posterius extrinsec⁹ eodē calido amplius cōsumente humidum. ultimo autem putrefacta fiunt & incinerata per resolutionem humidū cōtinuantis oīno & relinquet̄ siccum discōtinuū & hoc rationabiliter contingit. qm̄ oīa putrefabilia ex istis. s. sicco interminato & humido generabāt̄ primo per actionem qualitatum actiuarum. s. calidi & frigidi preualētium. siccū ex se interminatū exis terminatū fuit per hūidū inductū. siccū

enim de se nō est terminatū & cōtinuū sed decidēs si nō hēat humiditatē. corruptio autē qm̄ dicimus putrefactionem econtrario fit. qm̄. s. idem q̄ terminat. s. humidū & siccū optinēt sup terminās. hoc est super q̄litates actiuas & passiuas & ppter circūdans. i. ppter calidū cōtinētis. putrefactio enī est corruptio in humido caliditatis pprie a caliditate cōtinētis ut iam dicit. sic iḡ manifestū est q̄ unde incipit generatio simplex. s. ab humido sicco interminatis terminat putrefactio. & ubi terminat generatio ibi incipit putrefactio. s. ab humido sicco terminatis. & cōsequētib' formā mixti tales aut mutatiōes cōtrarie sunt. quia a cōtrariis incipiūt & ad cōtraria terminant. ergo putrefactio est contraria generationi simplici. Deinde cum dicit.

Quinimmo singulariter dicit putrefactio in his que secundū partē corumpūtur. cum separētur a natura: propter quod & putrescunt omnia alia excepto igne. Etenī terra & aqua & aer putrescunt. Omnia enim hec sunt materia igni.

Quia dixerat putrefactionē fieri quādo illud quod terminat optinet sup terminans separando ipm̄ a natura & forma cōtinēte declarat hoc in putrefactione s̄m quid dicta. primo enim & principaliter dicit putrefactio que dicta. s. corpus naturalis mixti s̄m q̄ mixtum. s̄m quid autē dicitur corruptio simplicium habentiū humiditatē. a materia a caliditate extrinseca. Dicit ergo q̄ superius ea que dicta sunt putrefactio singulariter. i. s̄m quid dicta dicitur in his q̄ corumpūtur secundū partē nō s̄m totum. puta in simplicibus. qm̄ per calidū extrinsecū separant & exeunt a natura continēte ea intrinsecus. & a principio motuo cōseruante ea in esse extrinsec' propter q̄ omnia simplicia putrescunt preter ignem. qm̄ aer & aqua habēt humiditatē naturalē. terra autē & si nō habeat naturalē. habet tamē accidentalē p̄ quā continuat adinucē possunt etiam habere calidum extrinsecū supexcellēs. puta calidū ignis propter quod omnia putrescunt. qm̄ omnia sunt materia ignis.

hic enī sūt in potentia respectu ignis. ipse autē ignis nō putrescit propter duo. Primo quia nihil putrescit nisi uincatur a calido extrinseco agente in ipm̄ ignis autē non potest uinci a calido extrinseco cum sit calidissimus natura. & maius nō uincitur a minori. Secūdo quia nihil putrescit quod nō habet humiditatē a materia. ignis autē nullam habet oīno humiditatē ideo &c. Sed argueret aliquis q̄ putrefactio nō sit cōtraria per se generationi simplici. qm̄ transmutationū cōtrariarū est idem subiectū primū. sed generationis simplicis. & putrefactionis nō est idem subiectū primū. qm̄ subiectū primum generationis si simplicis est materia prima. Est enī ille maxime subiectū primum generationis & corruptiōis susceptibile. sicut dicitur primo de generatiōe. primū autē subiectū putrefactiōis uidetur esse illud q̄ est subiectum primū humidi & sicci interminatorū & iporū ut sunt terminata que sunt per se termini eius ut uidetur. hoc autē ē aliquod corp' in actu. & est aliud a materia prima. ergo putrefactio non est contraria per se generationi simplici. Preterea motus contrarii sunt qui a contrariis incipiunt. & ad contraria terminant. sed generatio simplex & putrefactio nō incipiunt a contrariis & ad cōtraria terminantur. generatio enim incipit a nō esse simpliciter corporis mixti. & terminat ad esse simpliciter ipius. putrefactio uero a caliditate propria & naturali terminatē siccum per humidum. & terminat in contrariū. ergo nō contrariant inuicem. Sed cōtrariū hulus probat aristō. in extensione q̄. s. simplici generationi contrariū maxime continue est putrefactio. propter q̄ est intelligendum q̄ generatio simplex ē mutatio de nō esse simpliciter corporis mixti. in esse simpliciter eiusdē. & quia mutatio indiuisibilis. & mutatiōes indiuisibiles sūt fines motuū diuisibiliū est finis alterationis in qualitatibus primis forme generande. putrefactio uero quedā est simpliciter dicta que est corruptio quedam corporū simpliciū humiditatē habentiū quam phis dicit singulariter dictā. de qua nichil ad presens. putrefactio primo mō dicta dupliciter dī. Vno modo ipsa mutatio indiuisibilis corporis mixti

de esse in nō esse que proprie dicitur corruptio naturalis eius. Alio autē modo dicitur putrefactio alicuius in qualitatibus forme mixti precedens huiusmodi putrefactionem primo modo dictam sicut terminabile terminū & putrefactionem. hoc modo videtur diffinire aristoteles. Cōsequenter cum dicitur quod est corruptio quedam in unoquoque humido proprie & secundum naturam caliditatis a caliditate aliena. Dicendum igitur quod generationi simpliciter dicte contrariatur putrefactio primo modo dicta. secundum quod est mutatio mixti de esse simpliciter ad nō esse eius simpliciter cuius ratio est. in mutationibus enim contrarie sunt ea que est in ipsum ei quod est ex ipso. ut ea que est in igne ei que est ex igne. dicitur quanto philosophorum. sic autē se habet huiusmodi putrefactio & generatio simplex. generatio enim simplex est mutatio ex nō esse simpliciter corporis mixti in esse simpliciter. putrefactio vero e contrario ergo &c. putrefactio autē secundo modo dicta contraria est alterationi. cuius finis est generatio. cuius ratio est. quoniam mutatio que est ex contrario in contrarium. ut de albatio denigratio. sicut dicitur eodem quanto. sed alteratio precedens generationi mixti est per se ab humido sicco simplicibus: & indeterminata ad humidum siccum determinata per calidum naturale. putrefactio vero e contrario. ut apparet per diffinitionem eius. ergo putrefactio. hoc modo dicta est contraria alterationi per se precedenti generationi simpliciter. & hanc rationem videtur intendere aristoteles. cum dicitur quod putrescentia primo factum humida. deinde sicca. tandem putrefacta autē. Ex hiis enim facta erant & terminatum fuit humidum siccum operantibus factis. sic igitur generationi simpliciter contraria est putrefactio que est mutatio indivisibilis de esse mixti ad nō esse simpliciter. & nō illa que proprie aut dicitur alicuius precedens illam. sicut bene probant rationes adducte prius propter quod concedere sunt. putrefactio autē hoc modo dicta contraria est alterationi cuius finis est generatio simplex. Cōsequenter cum dicitur

Putrefactio autē est corruptio quedam in unoquoque humido proprie secundum naturam caliditatis ab aliena caliditate. Hec autē est que ambientis.

Determinat de putrefactione ipsa. & primo ponit diffinitionem ipsius continente causam eius primam. Secundo cum dicit. Quare quoniam secundum indigentiam. Manifestat eius causam secundariam. Tertio cum dicit. Propter quod hic. n. manifestat dicta per signa. In prima parte dicit quod putrefactio est corruptio in unoquoque humido proprie caliditatis ab aliena caliditate. in hac autē diffinitione corruptio ponitur sicut genus includens indeterminate. humidum autē sicut materia & subiectum patiens. caliditas autē aliena sicut causa activa per se. obiectum autē ipsius caliditatis aliene est quod corrumpit caliditas naturalis & propria. aliena enim caliditas superexcellens agit in humidum putrefactibile primo. ex consequenti autē in calidum naturale & proportionale quod corrumpens secundum quod proportionale nō secundum quod calidum attrahit ad ipsum ad se propter unigenitatem quo exeunte secum educit humidum naturale resolutum. & relinquit siccum in terminatum. & sic causa principalis putrefactionis est caliditas aliena. hec autē est caliditas corporis seu loci. Cōsequenter cum dicit. Quare quoniam secundum indigentiam patitur calidus indigens autē tali uirtute existens frigidum omne: ambe utique cause erunt & putrefactio communis passio frigiditatis quia proprie & caliditatis aliene.

Manifestat mēbra dicens q̄ talia impressibilia sunt quedā quidem mollia. quēadmodū cera. que tacta ab exteriori cedit s̄m partē s̄m quā tangit. alia parte superficie manēte in eodem sicco. quedā autē dura quēadmodū es quod cedit percussenti s̄m partē s̄m quā tangit. alia nō cedente. Sicut nō impressibiliū quedā sunt dura q̄ nō cedunt s̄m partē superficie tangenti sicut later & lapis. alia autē humida quēadmodū aqua. que quidē cedit tāgenti: sed nō s̄m partē. sed econtrario transmutat circūstando tangens. Consequēter cum dicit.

Impressibiliū autē quecunq; manent impressionē passa: & bene impressibilia manu: hec quidem formabilia: hec autē nō bene impressibilia uelut lapis aut lignum: aut bene impressibilia quidē: nō manet autē impressio uelut lane aut spōgie: nō formabilia sed capibilia hec sunt.

Diuidit impressibilia. & p̄sequit̄ de sp̄ib; sp̄orū. & primo ponit diuisionē unam sp̄orū. Secūdo cū dicit. Sunt autē ductibilia. Ponit aliam. adhuc primo ponit diuisionē. Secūdo cū dicit. Sūt autē capibilia. Determinat de altero mēbro. in prima parte ponit diuisionē trimēbrē dicens q̄ corporū impressibiliū. quedam sunt que suscipiētia impressionē tangētis bene retinent eam separato tāgēte. Alia autē sunt que nō bene recipiunt impressionē. nec etiā retinent. alia uero q̄ bene quidem recipiunt. sed separato tāgente redeunt ad figuram primā. illa q̄ suscipiētia impressionē tangētis & sunt bene impressibilia. Ita q̄ retineant figuram primā tangētis sp̄o separato sunt formabilia: & huiusmodi recipiunt quidem bene figuram tangētis ratione hu-

midī. retinēt autē eam ratione sicci. Illa uero que nō bene recipiunt impressionem. nec per cōsequēs bene retinēt. sicut lapis & later. & hoc cōpetit eis ratione sicci. Illa uero que recipiunt eam sed nō retinēt. sed separato tangēte redeunt ad figurā primā. nō sunt formabilia sed capibilia magis de quibus. Cōsequēter cum dicit.

Sunt autē capibilia quecunq; pulsa in seip̄a cōuenire possunt in profundum superficie secus mutata: nō diuisa & trāslata alibi alia parte: uelut aqua facit. Hec enim econtra transfertur. Est autē percussio motus amouente: qui fit a tactu: percussio autē cum allatione.

Determinat primo. Secundo cum dicit Trahibilia autē. De quadam specie conueniēte cum eis. Tertio cum dicit. Hec quidem igitur. Cōparat hec ad illa. circa primū primo determinat de capibilibus. Secūdo cum dicit. Non capibilia. de cōpositis. circa primū primo ponit rationē capibiliū. Secūdo cum dicit. Capiunt autē. Assignat causam sp̄orum. in prima parte dicit. q̄ capibilia sunt que pulsa ab exteriori nata sunt cōtrahi in profundū superficie s̄m quā pelluntur primo cōpressa quēadmodū spongia & lana. dico autē superficie cōpressa nō quidem per diuisionē & translationē partium alibi & alibi. & circa sp̄m ipellēs. sicut facit aqua. sp̄a enī pulsa ab extrinseco circumferē sp̄i tangenti. est autem differentia inter pulsionē quā septimo phisicorū. Impulsionē dicit. & percussionem. pulsio enim est motus corporis factus a mouente tangente in toto motu. unde in septimo phisicorū dicit. q̄ repulsio est cum mouēs enim & quod mouetur nō deficit. percussio autē est a mouente cum separationē mouētis a moto. Deinde cum dicit.

Capiunt autē quecunq; poros habēt uacuos conati corporis: & capibilia hec quecunq; possunt in propria uacua conuenire: aut in proprios poros. uelut madefacta spongia: pleni enim ipsius porī. Sed quorumcunq;

pori pleni fuerint mollioribus quā
ipm quod natum est conuenire in se
ipm. Capibilia quidem igitur sunt
uelut spongia: cera: caro.

Assignat causam iporū. & est intelligē-
dum q̄ oīa capibilia poros habēt inter-
ceptos multos. nō quidē uacuos. sed re-
pletos subtiliori corpī. uel eiusdē natu-
re. sicut cera uel alterius subtilioris in
quos cōpressa ptes exteriores cōueniūt
repulso subtiliori corpe. dicit igr̄ q̄ cor-
pora illa pprie capi dicunt que habent
poros uacuos. nō quidē simplr. sed ple-
nos corpe cognato ptibus solidis ppin-
quis cōueniētibus per cōpressionē. Ca-
pibilia aut̄ sūt quecūq̄ habētia poros. s.
repletos alio corpe. subtiliori nata sunt
cōuenire in ipis per cōpressionē tangē-
tis. sicut spongia humefacta. cuius pori
intercepti pleni sunt aqua uel aere que
sunt alterius nature quā ipa. nō solum
illa. sed etiā illa que habēt poros reple-
tos corpe eiusdē nature subtiliori tñ &
nata sunt cōuenire in se ppter cōpressi-
onē. sicut terra. sic igitur capibilia sunt
sicut spōgia cera & caro. Deinde cū. d.

Nō capibilia aut̄ quecūq̄ nō nata cō-
uenire pulsione in eos qui in ipō po-
ros: aut quia nō habēt: aut quia duri-
oribus habēt plenos: Ferrū enī nō ca-
pibile & aqua & lac & omne hūidū.
Determinat de nō capibilibus dicēs q̄
nō capibilia sunt que nō possunt cōtra-
hi in pprios poros ab extrinseco expel-
lente q̄ potest cōtingere ppter alteram
duarū causarū. aut quia. s. nō hnt poros
& ita nō possunt cōuenire in ipos: sicut
aqua rōne humidī. aut quia habēt reple-
ti sunt tñ corpe duriori quā ut possit ce-
dere pellenti. sicut ferrū & lapis. Con-
sequēter cum dicit.

Trahibilia aut̄ sunt quorūcūq̄ pōt
ad latus transferri sup̄ficies. Trahi
enī est transferri ad mouēs. planū cō-
tinuū existens. Sunt aut̄ hec quidem
trahibilia uelut pil⁹ corrigia neruus
pasta & gluten. Hec aut̄ nō trahibi-
lia uelut aqua & lapis.

Determinat de trahibilibus dicēs q̄ tra-
hibilia sunt quecūq̄ de numero cōmu-
nium terre & aque talia sunt q̄ possunt
transferri ad alterum latus cōtinuitate
saluata. cuius declaratio est. quia trahi
ad quod trahibile dicit̄ esse trāsferrī ad
mouens uel ad aliud superficie trahētis
cōtinua existēte ei quod trahit̄. sicut dē
in septimo phisicorū. Tractio est cū ad
ipm uel ad alterū uelocior fit motus tra-
hētis nō separatus ab eo qui trahit̄. Est
aut̄ intelligendū q̄ hic nō accipit̄ mor⁹
pro motu totius corpis de loco ad locū.
sed pro motu eius in alterum latus alio
manēte imobili. uel in utrūq̄ latus per
tractus oppositos. Est aut̄ causa trahibi-
littatis humidū uiscosum existens non
siccātū. humidū enī est posse extendi ad
terminos alterius. illa aut̄ que per se re-
uertitur a situm primū habēt hoc rati-
one sicci quod de se est bene terminabi-
le. quod aut̄ trahit̄ fm unam dimētionē
confringit̄ fm aliam. sunt aut̄ trahibi-
lia ut exeplariter dicatur. ut pilus. lana
gluten. corrigia. neruus. pasta. & huius-
modi. nō trahibiliū aut̄. aut sicca existē-
tia. ut lapis lignum. aut humida. ualde
sicut aqua & uinū. Deinde cum dicit.

Hec quidem igitur eadem sunt tra-
hibilia & capibilia uelut lana. Hec
autē nō eadem: uelut flegma: capibi-
le quidem nō est: trahibile autem. Et
spōgia capibilis qdē: nō trahibilis at̄
Cōparat capibilia ad trahibilia dicens
q̄ corporū cōmūnū terre & aque. que-
dam eadem sunt capibilia & trahibilia.
capibilia ratione pororū interceptorū.
trahibilia uero ratione humidū uiscosi
sicut lana. alia aut̄ capibilia. sed nō tra-
hibilia. sicut spōgia. capibilia est sed nō
trahibilis. alia trahibilia aut̄. sed nō ca-
pibilia. sicut flegma trahibile ē. sed nō
capibile. Consequēter cum dicit.

Sunt autē & quidem ductilia uelut
es: hec autē non ductilia uelut lapis
& lignum.

Ponit aliam diuisionē impressibiliū pri-
mo. Secūdo cū dicit. Sunt autē que qui-
dem. Cōparat ductibilia ad cōpressibilia
& capibilia. circa primū primo ponit
diuisionē dicens. q̄ adhuc corporū qdā

sunt ductibilia. alia uero nō ductibilia. ductibilia sunt quidē. sicut es & argētū & silia. nō ductibilia sicut lignum & lapis. Deinde cum dicit.

Sunt autē ductibilia uelut quidē quecunq; eadē percussioe possunt simul in latus & profundū secundū superficiē transferri secundū ptē. Nō ductilia autē quecunq; nō possunt.

Diffinit mēbra dicēs. q̄ ductibilia sunt quocunq; eadē percussioe possūt trāsserri in latus & profundū & superficiē s̄m ptē quia enī talia cedunt percussioni. & non habēt uacuū intrinsecū in quod recipiantur ptes pulse. oportet q̄ extēdantur s̄m latera. talia autē sunt oīa metalla s̄m totum genus suū. Est autē intelligendū q̄ principū ductibilitatis corporū ē humidū principat̄. ductibilia enī cedunt pellētī. omne at̄ cedēs ipellētī est molle uel in simplr̄ uel in respectu. molle autē est humidū s̄m q̄ huiusmodi. ductibile igit̄ humidū est cuius est sequi terminos alienos. nō ductibilia autē sunt q̄ eadem percussione nō possunt transferri. uel in latus. uel in pfundū. uel superficiē in partē q̄ cōtingit duplr̄. aut ppt̄ excellentiā siccitatis sicut lapis & lignū. aut propter habundantiā humidū sicut aqua & utnū & huiusmodi. Deinde cum dicit. Sunt autē que quidē ductilia oīa & ipressibilia. Impressibilia autē nō oīa ductibilia uelut lignum: ut tamē ad omne est dicere: conuertūtur.

Cōparat ductibilia ad ipressibilia. & capibilia. & primo ad ipressibilia dicēs q̄ oīa ductibilia sūt ipressibilia. omnia enī cedunt s̄m superficiē ad pulsionem nō tñ oīa ipressibilia sunt ductibilia. sicut ligna & spōgia. fere autē ut uniuersaliter sit dicere cōuertunt̄. pauca enim uidētur esse ipressibilia. que nō sint ductibilia. Deinde cum dicit.

Capibiliū autē hec qdē ductilia: hec autē nō: cera quidem & lutum ductilia: lana autē nō: neq; aqua.

Cōparat ad capibilia dicēs. q̄ capibiliū quedam sunt ductibilia. quedā uero nō cera enī & lutū de numero capibiliū ductibilia sunt. lana autē & aqua nō sunt.



Vnt autē & hec quidem scissilia: uelut lignū: hec autē nō scissilia: uelut later. Est autē scissile quod potest diuidi ad pl̄: q̄ diuidens diuidit. Scindit̄ enī cum ad plus diuidātur quā diuidēs diuidit: & precedit diuisio. In detrūcatione autē nō est hoc: non scissilia autē quecunq; nō possunt hec pati.

Postquā phus determinauit de differentiis corporū tāgibiliū. quarū principalis attribuit̄ terre uel aque. hic intēdit determinare de illis in quib; principalis attribuit̄ aeri sicco terrestri cōmixtio. humidū autē aereū in corpib; uidet̄ causare scissibilitatē. corpa enim aerea multa & habētia poros plenos aere s̄m longitudinē sūt bene scissibilia. uidetur etiā causare ustibilitatē est enī nutrimentū ignis. primo igit̄ determinat de scissibilib; & non scissibilib;. & de quibusdā aliis pp̄inquis eius s̄m naturā. Secūdo cū dicit. Et hec qdē ustibilia. de ustibilibus & nō ubistibilibus & cognatis eis. circa primū primo facit q̄ dictū est. Secūdo cū dicit. Cōmassibilia autē. Determinat de quibusdā impedietib; diuisionem seu scissionē. circa primū primo determinat de scissibilibus que sunt aerea. Secūdo cū dicit. Determinabilia autem sunt. Determinabilib; seu diuisibilibus & detrūcabilibus. tertio cū dicit. Quedam sunt autē eadē. Cōparat adinuicem ea. circa primū primo p̄mittit diuisionē dicēs q̄ corporū tāgibiliū qdā aut sunt scissibilia sicut ḡna lignorū. alia sūt nō bene scissibilia. sicut lapis & later. secūdo cū dicit. Est at̄ scissibilia. determinat de eis. & primo sūt secūdū rōnē. secūdo cū dicit. Est at̄ nec molle nullū. q̄lia sūt prima pte dicit. q̄ scissibile ē q̄ tale ē natura sua q̄ natū ē diuidi ad pl̄ quā diuidēs tāgēdo diuidit. c̄ p̄batio ē q̄ scindit̄ ad q̄ scissibile d̄ ē illud ad q̄ pl̄ diuidit̄ quā ip̄m diuidēs tāgēdo diuidit. ī talib; diuisionis act; p̄cedit tactū diuidētis in eis at̄ q̄ detrūcant̄ nō ē hoc. t̄menī diuidit̄ diuisū quātū tāgit diuidēs & nō āplius. non scissibilia autē sunt que non unt nata diuidi ad plus quā diuidens

tangendo diuidat. Est aut̄ intelligendū
 q̄ omne quod scindit̄ siccum est. nullū
 enī molle est scissibile. siccum autē quia
 siccū est nō bene scindit̄. q̄a siccum s̄m
 q̄ siccū nō est bene diuisibile. & iō siccū
 scindit̄ rōne partū magis passibiliū q̄
 sunt in eo. tales aut̄ ptes dicimus poros
 ptes autē passibiliores in sicco cōmixto
 plus habent de humido. & ideo pori re-
 pleti humido magis quod est passibilis
 dispositi s̄m longitudinē in sicco multū
 habēte aereum sunt causa scissionis. di-
 co aut̄ dispositi s̄m lōgitudinē. q̄a scissio
 ē diuisio q̄dā s̄m lōgitudinē. deinde cū d.
 Est aut̄ neq̄ molle nullū scissile. Di-
 eo aut̄ simpliciter molliū nō adinui-
 cē. Sic quidē enī & ferrū erit molle.
 Neq̄ dura oīa: sed q̄cunq̄: nec hūida
 sunt neq̄ ipressibilia: neq̄ cōminui-
 bilia: talia aut̄ sunt quecūq̄ secundū
 lōgitudinē hnt̄ poros. secundū quos
 adnascūtur inuicem: sed nō secundū
 latitudinem.

Declarat qualia sunt dicens q̄ nullum
 molle est scissibile. sed cum molle dicat̄
 hoc quidē simplr. hoc aut̄ in respectu &
 s̄m quid. hoc est intelligendū de molli
 simplr. & in cōparatione hoc enī modo
 ferrum molle dicitur. qm̄ sicut dictum
 est. oportet esse scissibile siccum simplr.
 adhuc oīa dura non sunt scissibilia. puta
 q̄ nō habēt quidē aereum in poris iter-
 ceptū. sed illa sunt scissibilia que nec hu-
 mida sunt quēadmodum aque spēs. nec
 sunt ipressibilia q̄ parū habēt de sicco.
 nec cōmunibilia q̄ & si sic cum habeant
 poros non tñ habeāt eos dispositos s̄m
 longitudinē. huiusmodi aut̄ sūt q̄ sicca
 existētia habēt poros plenos subtili cor-
 pore puta aere dispositos s̄m longitudi-
 nē. & cōnaturales humido corpis q̄ scin-
 ditur: nō aut̄ habēt eos s̄m talia. sūt enī
 detruncabilia sicut glacies & uitis. De-
 inde cum dicit.

Detruncabilia aut̄ sunt constantium
 durorū aut molliū quecūq̄ possunt:
 neq̄ ex necessitate precedere diuisio-
 nē: neq̄ cōminui diuisa. Quecūq̄ at̄
 nō hūida fuerint talia detruncabilia.

Determinat determinabilibus seu diui-
 sibilibus. & detruncabilibus dicens. q̄ cor-
 porū coagulatorū molliū aut durorum
 illa sunt diuisibilia seu determinabilia
 q̄ idē est ad prius. q̄cunq̄ ita se habet q̄
 nō sūt nata ad plus diuidi quā diuidēs
 tangendo diuidat. nec nata cōminui. si-
 cut lapis & vitrum. Sed istorū illa q̄ non
 sunt humida multū. sed sicca magis sūt
 truncabilia. quēadmodū lignū s̄m lati-
 tudinē: illa aut̄ que sunt humida magis
 ppria sunt diuisibilia: sicut panis & ce-
 ra & pasta & huiusmōi. Deinde cū dicit
 Quedā aut̄ sunt eadē & detruncabilia
 & scissibilia: uelud lignum. Sed ut ad
 multū scissile quidē secundū lōgitu-
 dinē: detruncabile aut̄ secundū latitu-
 dinē. Quoniā enī diuidit̄ unūquod
 q̄ in multa: qua quidē lōgitudines
 multe q̄ unū scissile hac. Qua at̄ lati-
 tudines m̄te q̄ unū detruncabile hac
 Cōparat scissibilia ad detruncabilia di-
 cens q̄ corporū coagulatorū q̄dam sunt
 que eadē existētia sunt scissibilia & de-
 truncabilia quēadmodū lignū est scissi-
 bile & detruncabile. sed nō s̄m idē. sed
 ut in pluribus. scissibile dicit̄ q̄ s̄m lon-
 gitudinē est diuisibile. detruncabile aut̄
 q̄ s̄m latitudinē. cum enī oīs diuisio sit
 unius in multa s̄m q̄ unū continuū s̄m
 longitudinē diuidit̄ in multa s̄m longi-
 tudinē dicit̄ esse scissio. s̄m aut̄ q̄ unum
 cōtinuū s̄m latitudinē diuidit̄ in multa
 s̄m latitudinem dicitur esse detruncatio
 Consequēter cum dicit.

Viscosum aut̄ est cum trahibile aut
 humidū existēs molle fuerit. tale fit
 cōcatenatione quecūq̄ uelud catene
 cōponūtur corporū. Hec enī ad mul-
 tum possūt extēdi & cōuenire. Que-
 cunq̄ aut̄ nō talia frangibilia.

Determinat de quibusdā ipedientibus
 scissionē que sūt inscissibilia. & primo
 determinat de eis que ipediunt eā rōne
 humidū aliquat̄ dispositi. puta de uisco-
 sis. Secūdo cum dicit. Cōmassibilia aut̄
 de eis que ipediunt eam ppter priuatio-
 nē pororū dispositorū s̄m longitudinē
 .s. de cōmassibilib⁹. in prima parte dicit

quod viscosum est omne humidum vel molle trahibile existens. quid autem sit trahibile dictum est prius. humidum autem molle sic viscosum eo quod partes ipsorum coniunguntur concatenatione quadam. sicut partes cohaerent quia humidum fortiter adheret ipsi sicco quod contingit. aut quia calidum movens fortiter unit siccum cum humido terminando. sicut in oleo aut pice. aut quia frigidum fortiter comprimit humidum cum sicco. sicut accidit in flegmate. talia enim ratione humidum multum possunt extendi. ratione vero sicci retrahi ad primum siccum. illa vero quae non sunt talia dicuntur fragibilia. Deinde cum dicitur. **Comassabilia autem quaecumque capibiliu mansuam habent capturam. Incomassabilia autem quaecumque aut totaliter non capibilia: aut non mansuam habent capturam.**

Determinat de comassabilibus que impediunt scissionem propter privationem pororum secundum longitudinem dicentes. quod incomassabilia siue filtrabilia sunt quaecumque capibilia existentia non retinent figuram captentis post remotionem ipsius sicut filtrum & lana. quod enim talia sint capibilia conveniunt eis ratione pororum interceptorum partibus ipsorum in quos exteriores partes convenire possunt. quod autem redeunt ad primum situm non retinendo figuram captentis accidit ratione siccitatis partium. e contrario incomassabilia seu infiltrabilia sunt apud alteram duarum causarum. scilicet aut quia non sunt capibilia. aut quia capibilia existentia retinent figuram captentis post remotionem eius. filtrabilia autem dicuntur a filtro quod est quoddam filtrabile. Consequenter cum dicitur.

Et hec quidem ustibilia sunt: hec autem inustibilia: velut lignum quidem ustibile & lana & os. Lapis autem & glacies inustibile.

Determinat de ustibilibus & inustibilibus & cognatis eorum. & primo premitte divisionem. Secundo cum dicitur. Sunt ustibilia autem. Prosequitur in prima parte dicitur. quod corporum coagulatorum quaedam sunt ustibilia. alia vero non ustibilia. ustibilia vero sicut lignum & lana & aes. non ustibilia autem sunt quaedam propter habun-

dantiam sicci. ut lapis. quaedam propter superabundantiam humidum sicut glacies. Deinde enim dicitur.

Sunt autem ustibilia quaecumque habent poros susceptivos ignis: & humiditatem in his qui secundum directum ipsorum debiliorem igne. Quaecumque autem non habent aut fortiore velut glacies & que valde viridia inustibilia.

Determinat de ustibilibus quae sunt. Secundo cum dicitur. Ustibilia autem. manifestat que sit causa ipsorum. tertio cum dicitur. Ustibilia autem sunt. hic quidem. Dividit & determinat de speciebus ipsorum. circa primum adhuc primo ponit rationem ustibiliu Secundo quia ustibilia sunt exalabilia. determinat de exalabilibus cum dicitur. Exalabilia. in prima parte dicitur quod corporum communium terre & aeris. quaecumque habent poros passibiles ab igne & humiditate disposita in poris dispositis secundum similitudinem debiliores virtute ignis sunt ustibilia sicut lignum. dico autem quaecumque habent poros. quoniam non habentia poros non sunt ustibilia. sicut hebanus. dico autem habentes poros plenos humiditate aerea. quoniam humidum aereum est nutrimentum ignis. & quae vero non habent humidum aereum bene passibile ab igne. sed grossius & fortius quam quod natum sit pati ab igne facile non sunt ustibilia. puta glacies quae est aqua humidum & viridia que habent humiditatem aqueam grossam. Deinde cum dicitur.

Exalabilia autem sunt corporum quaecumque humiditatem habent quidem: sic autem habent: ut non evaporet ab ignis seorsum
Determinat de exalabilibus. & est intelligendum quod aliter accipitur hic exalatio quam prius in precedentibus libris. prius enim appellata est exalatio segregatio calida sicca. que est materia ignium & vectorum & huiusmodi. hic autem appellatur exalatio evanescentia corporis per segregationem humidum naturalis a temperamento secundum quod consuevit communiter habere de fructibus antiquis que sunt exalata. ut sic dicam. primo igitur dicit que sunt exalabilia. Secundo cum dicitur. Est enim vapor manifestat dictum. tertio cum dicitur. Difert autem. Ponit differentiam inter huiusmodi

segregationē & uaporē. in prima parte dicit. q̄ corporū coagulatorū illa sūt exalabilia. q̄cunq̄ habēt humiditatē aerēam & subtilē. uerūtamē hoc modo habent eam q̄ euaporet ab eis seorsum: nō p̄pter hoc ignita sunt. quēadmodū apparet in pomis in quibus nō ignitis. aliquid per solam uetustatē exalat humidum: & corrugāt. similiter apparet in plātis pluribus & aīalibus. Deinde cū dicit. Est enim uapor que a calido ustiūo in aerem & spiritū segregatio ex humido madefactiūo: exalabilia autem tēpore in aerē segregātur: & hec quidem disparentia sicca: hec autē terra fiunt.

Manifestat quod dixit dicens. q̄ bene dicitur est. exalabilia esse que habēt humiditatē sicut separet ipsi & nō ignitis. cuius declaratio est. quia uapor est segregatio humefactiua ex humido in aerē & spiritū a calido igniente. ex hoc enī q̄ humidū passum est ab igne uaporat. sed exalabilia de quibus dictum est sunt que possunt segregari in aere tempe. i. per moram tempis. etiā nō ignita semp̄ sensibilr. p̄pter q̄ contingit q̄ quedam istorū que per uetustatē huiusmodi exalationē patiunt. efficiunt aut̄ disparentia sicca. i. disparentia siccant sicut aqua & uinum. quādoq̄ alla aut̄ fiunt terra. Deinde cum dicit.

Differt autē hec segregatio: quia neq̄ madefacit: neq̄ spiritus fit. Est aut̄ spiritus fluxus cōtinuus aeris ad longitudinē. Exalatio autē est que a calido ustiūo cōmunis segregatio sicci & humidī aeris: p̄pter quod quidē nō madefacit: sed colorat magis.

Assignat differentiā inter istam segregationē & uaporem primo. Secundo cū dicit. Est autē que quidem. Tangit diuersas nominatiōes exalationis facte a calido ustiūo in diuersis. tertio cū dicit. propter hoc oleum. concludit correlatiū. & est intelligendū q̄ per uaporem hic intelligit oēm segregationē factam a calido ustiūo. siue sit humida siue sicca. dicit igitur q̄ differt segregatio dicta facta non a calido ustiūo ab ea que fit ab

sp̄o. quia facta a tempe non humefacit. nec colorat sensibilr. nec est materia spiritus uel uenti. spiritū enī dicimus fluxum cōtinuū aeris s̄m longitudinē habentē principium motus. ex motu sicce exalationis. exalatio autē cōmuniter se habēs ad humidū & siccum. quam dixit prius uaporem est segregatio sicci & humidī aeris a calido ustiūo. propter q̄ si nō madefaciat sensibilr colorat tñ ratiōe calidi ustiūi quādoq̄ & maxime calida sicca. & est materia uenti sicut dictū est prius. Deinde cum dicit.

Est autē que quidem lignei corporis exalatio fumus. Dico enim & ossa & pilos & omne quod tale in eodē. Nō enim iacet nomen cōmune sed secundum analogiam: tamen in eodem oīa sunt: sicut & Empedocles ait. Hec pili & folia: & auium plume spisse & squame fiunt super solida membra. Que autē pinguis exalatio lignis. q̄ aut̄ unctuosū kinsa.

Tangit diuersas nominatiōes huiusmodi exalationis in diuersis dicens. q̄ exalatio facta a calido ustiūo ex lignis dicitur fumus. similiter & illa que fit ex ossib⁹ & pilis. & ex oībus p̄porcionabilib⁹ eis que quidem unum nomen cōmune nō habēt: uerūtamē oīa sunt eadem s̄m proportionē quandā sicut Empedocles dixit. Quod pili & folia & plume auium & squame piscium fiunt super membra solida. nec sunt eadem ratione. sed analogia quadam. sicut enī se habēt pili in aīalibus. sic plume in auibus & squame in piscibus. & sic de aliis. Exalatio autē facta ex pinguib⁹ dicitur lignis in greco illa autē que dicitur ex unctuosis dicitur irrita. Deinde cum dicit.

Propter hoc oleum nō patit̄ epsefim neq̄ ingrossat: quia exalabile est: sed nō uaporabile. Aqua autē nō exalabilis sed uaporabilis.

Ad manifestationē dictorū cōcludit correlatiū de oleo. Secūdo cum dicit. Vinū autē q̄ qdē dulce. Adiungit s̄m quod dā de aliquo uīno. in prima pte dicit. q̄ quā pinguis & unctuosā sūt exalabilia oleū nō patit̄ epsefim. oleū enī est exalabile.

gula est pingue & unctuosum nō est uaporabile. ea autē q̄ nō sunt uaporabilia nō patiunt̄ ep̄sesim. sicut apparet ex precedentibus. oleum igitur nō est elixabile aqua autē ē euaporabilis a calido. sed nō elixabilis q̄a humiditatē habet sine siccitate. exalatio autē pprie dicta cum sit calida sicca. fit ex sicco. Deinde cū dicit.

Vinū autē quod quidem dulce exalat pingue enī. Etenim eadem facit oleo. Neq̄ enī a frigore coagulat̄ uriturq̄. Est autē nomie uinum: opere autē nō est. Non enim uinosus humor: propter quod nō inebriat. Quodcūq̄ aut uinum paruā habet exalationē: propter quod emittit flāmam.

Adiungit simile de uino quoddā dicens. q̄ simile uinum dulce ualde & existens antiquū patitur exalationē. omne enim pingue est exalabile. huiusmodi autem uinum est pingue. cuius p̄batio est. q̄a habet operationē eandem & cōsimilem oleo. sicut enī oleum nō coagulat̄ a frigido. ita nec huiusmodi uinum p̄pter pinguedinē seu unctuositatē. Item sicut oleum cōburitur sic huiusmodi uinū. si enī insigant̄ calami parui superi⁹ inflaman̄. dicit̄ etiam q̄ subli⁹ huius uini si subtillet̄ per admixtionē aliquatulum salis & pulueris sulphuris prestat fomētum flāme subtili. quia a sulphure augeatur unctuositas. & a sale caliditas. propter q̄ uinū est s̄m nomē nō tñ s̄m operationē. quia humor ip̄ius nō est uinosus. q̄a nō facit operationē uini q̄ est inebriare. nō enī est calidū siccum. sed unctuosum magis. s. calidū humidū. quodcūq̄ aut uinū paruā potest facere exalationē calidā sicca inebriare nō potest calidi enī sicci est inebriare. ideo positū in frixorio emittit flāmam sicut oleum. Consequēter cum dicit.

Vstibilia autē uidētur esse quecūq̄ in cinerē dissoluūtur corporū: patiūtur autē hec omīa: quecūq̄ coagulata sūt aut a calido aut ab ambob⁹ frigido & calido. Hec enī uident̄ obtenta ab igne. Minime autē lapidū: qui si-

gillum uocatus carbunculus.

Declarat q̄ sit causa ustibiliū dicens. q̄ ustibilia sūt q̄cūq̄ nata sūt per calidū a agens resoluī in cinerē. talē autē cōuersionē in cinerē patiunt̄ illa q̄ coagulata sunt a calido solo. aut ab ambob⁹. s. calido & frigido. hec enī māifeste uicta sūt & obtēta ab igne. & iō ulterius passa ab eo faciliter resoluūtur per cinerē. difficilius autē iter talia resoluūt de numero lapidū carbunculus uocatus sigillū. cui⁹ causa fortis cōmixtio ē humidū cū sicco ad q̄ sequit̄ pororū cōclusio p̄pter quā nō ē bene passibilis ab igne. Cōnt̄ cū d. Vstibiliū autē hec quidē inflāmabilia sūt: hec autē nō inflāmabilia. Horum autē quedam carbonabilia.

Diuidit ustibilia primo. secūdo cū dicit. Sūt autē inflāmabilia. manifestat mēbra in prima pte dicit. q̄ corporū ustibiliū alia sunt inflāmabilia flāmā. s. facientia flāmā. & istorū non inflāmabiliū quedā passa ab igne faciunt carbones. q̄dā autē nō. Deinde cum dicit.

Sunt autē inflāmabilia quecūq̄ hūida entia exalabilia sunt. Et pix autē aut oleum aut cera magis cum aliis quā per se sūt inflāmabilia. Maxime autē quecūq̄ fumū emittunt.

Determinat de inflāmabilib⁹ & carbonib⁹ faciētibus primo. Secūdo cū dicit. lignorū quidē igit. concludit quedam correlaria. adhuc primo determinat de inflāmabilibus & carbonabilib⁹. Secūdo cū dicit. Adhuc autē quedam liquabilia. Coparat inflāmabilia ad liquabilia. ad huc primo determinat de inflāmabilib⁹. Secūdo cū dicit. Carbonabilia aut. De carbonabilibus. in prima parte dicit. q̄ corporū cōlum terre & aeris. illa sūt inflāmabilia q̄cūq̄ nō habētia multā humiditatē aqueam sed aeream sunt exalabilia. exalātia. enī fumus quidem est. fumus autē passus ab igne inflamat. q̄a flāma est fum⁹ ardens. humidū aut aqueū extinctiuū est ignis p̄pter grossiciem. istorum autē quedam sūt inflāmātia per se sicut ligna aliqua. quedam autē cū alio pix enī & cera & oleū per se flāmas non

faciunt. appposito aut sicco faciūt. habēt enim per se humidū aereum bene inflamabile. in sicco aut deficiūt: & ideo appposito licinio sicco faciunt flāmā. e contrario aut sunt sicca que nō inflamant ex se. adiuncta aut humido unctuofo bene inflamant. sicut sicca ualde. inflamantur enim cōia & aeris. maxime aut sunt quecūq; ex se fumū seu exalationē siccā calidam emittunt sicut ligna unctuofo. ut pignus & huiusmōi. Deinde cū dicit Carbonabilia aut quecunq; taliū terre plus habent quā fumū.

Determinat de carbonabilibus dicens. q; corporū cōium terre & aeris. illa sūt faciētia carbones que plus habēt terre quā aeris ut possint fumū facere q; passim ab igne inflamant. sicut ossa & ligna uiridia. Deinde cum dicit.

Adhuc aut quedam liquabilia entia nō inflamabilia sunt: uelut es: & inflamabilia nō liquabilia uelut lignū. Hec aut ambo: uelut thus.

Cōparat inflamabilia ad liquabilia. & primo ponit cōparationē. Secūdo cum dicit. Causa aut quare. Assignat causā. in prima parte dicit. q; liquabiliū quedam sunt non inflamabilia. quedā uero inflamabilia & nō liquabilia. liquabilia nō inflamabilia sūt sicut aes & genera metallorū. nō liquabilia & inflamabilia sunt sicut ligna. liquabilia aut inflamabilia sicut thus. Deinde cū dicit.

Causa autem quia ligna quidem per totum habēt humidum: & per totū continuū est: ut perurat. Es autē secus unāquamq; quidem partem: nō continuū autē & minus quam ut flāmam faciat. thus autē hac quidē sic. hac aut illo modo habet. Inflamabilia aut sunt exalabiliū: quecunq; nō liquabilia sunt ppter magis esse terre. Siccum enim habet cōmune igni. Hoc igitur calidum si fiat siccum: ignis fit: propter hoc flāma spiritus aut fumus ardens est.

Assignat causam dictorū dicens. q; causa

ppter quā ligna inflamabilia sunt quia habent humidū aereum per totā substantiā coniunctū & magis in poris q; quasi continuū existēs materia est ignis adurentis. nō liquant aut quia iuxta poros habēt partes ualde duras. & quia coagulata sunt ab utroq; .s. calido & frigido. & talia nō sunt liquabilia. sicut dictum est prius. Causa aut quare es liquabile nō inflamant est quia habet humidū aquam multū quod repugnat inflammationi & humidū aereum paucum quod est materia ignis nō cōtinuum per totum. sed secus partes alias siccas uel humidas. & minus s; m quātitatē q; possit facere flāma. thus aut s; m aliqd se habet hoc mō. sic aut illo modo. & ideo utrumq; patitur. ratione enim humidū aerei inflamant. quia autē siccum eius nō est multum durum liquatur. & ideo inflamabilia aut ppter enim sunt quecunq; nō existētia liquabilia exalabilia sunt. propter hoc q; sūt magis terre quā liquabilia terra impediēte liquabilitatē. talia enim que sunt terre magis sicca sunt. sicca aut existētia cōueniūt cum igne in altera qualitate. si igitur calefiant ab igne statim igniuntur inflamata. ppter hoc enim flāma nihil est aliud quam fumus ardens. ex hoc autē apparet causa propter quā illa que sunt terre & aeris magis sunt inflamabilia quā illa que sunt terre & aque. talia enim ratione aeris cōueniūt cum igne in caliditate. & ratione terre cōueniunt cum eodem in siccitate. & ideo passa ab igne facile igniunt. cōmunia aut terre & aque. & si ratione terre cōueniant cū ipso in siccitate. cōtrariant tamē ratione aque in humido. & ratione utriusq; in calido. Deinde cum dicit.

Lignorū quidem igitur exalatio fumus. Cere aut & thuris & talium & picis & quecunq; habent picem aut talia lignis. Olei aut & quecūq; oleaginea kinsa. Et quecunq; minime ardent sola: quia paucum sicci habent. Transitio aut per hoc. Cū altero aut citissime. Hoc enim est quod pingue siccum unctuosum.

Concludit correlaria primo unū. Secūdo cum dicit. Exalantia quidem igitur.

aliud in prima parte dicitur quod ex his que dicta sunt prius. apparet quod exalatio segregata ex lignis & silibus est fumus. segregata autem ex cera & pice & aliis unctuosus est lignis segregata. Ex oleo autem & aliis pinguibus kyrisa dicitur. & uniuersaliter quocumque sola accepta non inflammantur sunt exalabilia hac uel illa exalatione. hoc autem sicut dictum est accidit eis. quia multum humidum aereum habentia modicum cum habent de sicco transitus autem ab humido aereo in ignem fit per calidum si enim humidum fiat ignis oportet siccare. & ideo appposito sicco lixiulo citissime flammant. hoc autem est omne pingue & unctuosum. propter quod appposito sicco citissime flammant. Deinde cum dicitur.

Exalantia quidem igitur humidorum humidi: magis ut oleum & pix: ardentia autem sicci.

Concludit aliud dicens: quod ex his que dicta sunt apparet quod compositum terre & aeris. illa que sunt humida aerei magis quam terre sunt exalabilia sicut oleum & pix. illa uero que sunt terre magis ardent seu sunt ustibilia siue flammabilia. Deinde cum dicitur.



Is autem passionibus & his differentiis omniomera corporum sicut dictum est differunt ab inuicem secundum tactum. Et adhuc saporibus & odoribus & coloribus.

Postquam prius determinauit causas & principia qualitatum tangibilium corporum terminatorum. hic dicit omnia corpora terminata differre his differentiis & quibusdam aliis consequentibus istas. & primo proponit hoc. Secundo cum dicitur. Dico autem omniomera. Declarat per exempla. in prima parte dicitur quod per passiones & differentias dictas prius. puta secundum mollietatem. duritiam. coagulabile. & incoagulabile differunt corpora terminata omniomera secundum quod sunt tangibilia inter se inuicem. quemadmodum dictum est prius. corpora enim omniomera terminata differunt inuicem secundum quod tangibilia sunt differentiis tangibilibus mediis inter primas simplices qualitates tangibiles. cum ipsa sint media inter primas tales autem sunt dictae passiones &

differentie. Adhuc autem differunt non quidem secundum quod tangibilia. sed secundum quod sensibilia aliquo alio sensu aliis posterioribus differentiis. puta saporibus & odoribus & coloribus que causantur ex mixtione primarum qualitatum tangibilium secundum aliquam rationem. Deinde cum dicitur.

Dico autem omniomera: uelut que metallantur es: aurum: argentum: stagnum: ferrum: lapidem: & alia talia. & quecumque ex his fiunt segregata: & que in animalibus & plantis: uelut carnes ossa neruus. pellis. uiscera. pili. ines. uene: ex quibus iam constant anomiomera. puta facies. manus. pes. & alia talia. & in plantis. lignum. cortex. folium radix. & quecumque talia.

Manifestat per exempla que uocat omniomera dicens. quod omniomera dico sicut metalla. ut aes. aurum. argentum. stagnum. ferrum. lapidum genera. & uniuersaliter fossilibilia & illa que fiunt ex his per segregationem. sicut ex stagno uel argento fit amburius. uel minium per aliquam segregationem. sicut ab kimici docent. adhuc partes animalium & plantarum siles. animalium quidem sicut carnes & ossa & nerui & pili. & uiscera ynes & uene ex quibus componuntur corpora omniomera. puta manus & pes & facies. plantarum sicut cortex. folium. radix. & alia similia his.



Voniam autem hec quidem ab alia causa consistunt: ex quibus autem hec: materia quidem siccum & humidum quare aqua & terra. Hec enim euidentissimam habent potentiam utrumque utriusque: facientia autem calidum & frigidum. Hec enim constare faciunt & coagulatur: ex illis accipiamus omniomerum qualia terre species & qualia aquae & aqualia communes.

Cum determinauit prius de qualitatibus tangibilibus corporum terminatorum. quibus ad inuicem differunt secundum quod tangibilia sunt primo declarando causas & principia earum. intendit nunc determinare de eis per

cōparationē ad corpora simplicia prima. & uirtutes eorū docens ex istis passionibus que corporū mixtorū seu terminatorū cuius uel quorū sint magis & q̄ calida uel frigida adominio. & p̄m hoc diuiditur hec pars in duas partes. quia primo docet que corporū terminatorū cuius uel quorum sunt magis ex predictis passionibus. Secūdo cum dicit. Qualia autē calida aut frigida. Docet ex eisdem que ipsorum calida sunt aut frigida. Circa primū primo premitit intentionem suā. Secūdo cū dicit. Sint itaq̄ corporū. prosequit. primo igitur dicit. qm̄ corpora naturalia terminata cōsistūt essentialiter per aliam causam puta per formā per quā unūquodq̄ inesse constituitur primo. & operat̄ principalr. cū qua coincidit finis. causa autē ex qua sicut ex materia fiunt. sunt humidū. siccū. qualia principalr sūt terra & aqua. hec enī manifeste habēt has qualitates. terra quādem siccum aqua autē humidū. & legat̄ utraq̄ utriusq̄ diuisiue. ut sit sēsus utriusq̄ habet. utriusq̄ potētia. i. habet unū & illud alterius sūt. principia autē actiua ipsorum sunt calidum & frigidū. ista enī agentia in uirtute forme substantialis generant & coagulant ea ex illis enī terra & aqua p̄m modum prius dictum. determinādū est cōsequēter qualia corporū omiomeorū sint terre uel aque magis & qualia sint cōmunia utriusq̄ magis ex predictis passionibus. Consequēter cum dicit.

Sunt itaq̄ corporū conditorū: hec quidem humida: hec autē mollia: hec autē dura. Horū autē quecūq̄ dura aut mollia coagulatione dictū est prius. Prosequit̄ & primo declarat in generali qualia quorū uel cuius sint magis. Secūdo cum dicit. Aurū quidē itaq̄. Concludit correlaria q̄dam ex quibus sint plura. & adhuc primo premitit quandā diuisionē corporū omiomeorū. secūdo cū dicit. Humidorū quidē igitur. Declarat p̄positū. in prima pte dicit. q̄ corporū mixtorū. alia quidem sūt humida sicut aqua & aque spēs. alia autē mollia sicut caro & neruus. alia uero sūt dura sicut æs. oīa autē dura aut mollia sunt per aliquā coagulationē factā a calido uel frigido. uel ab utroq̄ sicut dictū est prius.

Deinde cum dicit.

Humidorū quidem igitur quecūq̄ euaporant aque. Quecunq̄ autē non aut terre aut cōmunia terre & aque: uelut lac aut terre & aeris: uelut lignum: aut aque & aeris: uelut oleū.

Declarat p̄positū primo. Secūdo cū dicit. Si igitur oīa. Cōcludit ip̄m declaratum. adhuc primo declarat cuius uel quorum sint humida. Secūdo cū dicit. Quecunq̄ autē a calido. cuius uel quorum magis sunt dura uel mollia. adhuc in prima parte primo determinat cuius sunt humida uaporat̄ia. Secūdo cū dicit. Et quecunq̄ quidem a calido. cuius sūt humida que coagulant̄. in prima parte dicit. q̄ corporū humidorū quecunq̄ sūt uaporant̄ia actione calidi talia sunt aque adominio. uapor enim humidus existēs & aque nō segregat̄ nisi ab aqua simplici. uel habente aquā adominio ut sic. quecunq̄ autē non uaporant sunt aut terre magis sicut mel. aut cōia terre & aq̄ que admodū lac. aut cōmunia terre & aeris sicut ligna aut plante aliq̄ue. aut cōmunia aque & aeris sicut oleum. terra enī adominio uel equaliter fere inexistens phibet fieri uaporationē q̄ nata est fieri ab humido. aer etiā adominio existēs p̄pter pinguedinē sicut phibet uaporationē fieri. pinguis enī & unctiosa non bene uaporat̄. detinet enī humidū propter uiscositatē ne de facili separetur a sicco. Deinde cum dicit.

Et quecunq̄ quidem a calido coagulantur cōmunia. Dubitabit autē utiq̄ de uino humidorū. Hoc enī euaporabit utiq̄ & ingrossat̄ sicut nouū. Causa autē quia neq̄ in una specie dicitur uinū: & q̄ aliud aliter. Nouū enim magis terre quā antiquū: propter quod & ingrossat̄ maxime calide: & coagulat̄ minus a frigido. Habet enī & calidū multū & terre: sicut quod in arcadia: sic exsiccat̄ a fumo in utribus: ut eductum coagulet̄. Si autē omne: fecē habet: sic utriusq̄ est aut terre aut aque: & habet multitudinē

Declarat cuius uel quorum sunt humida coagulata, & primo cuius sunt coagulata a calido. Secundo cum dicit. Quecunq; aut a frigido. Idem declarat de coagulatis, uel ingrossatis a frigido. Circa primum primo tangit ueritatem dicens, q; quecunq; omniomera coagulatur a calido sunt communia terre & aque, quod enim coagulata a calido, coagulata per educationem altiusculis partis humidum & per participationem uel commixtionem residui cum sicco, quare est necesse coagulabile ad calidum siccum terrestre, & humidum aqueum habere, & per consequens esse commune terre & aque, sicut mel & uinum quoddam. Secundo cum dicit. Dubitabit autem. Mouet dubitationem de uino, primo dicens, q; de uino forte dubitabit aliquis. Vini enim uaporat passum a calido, & etiam ingrossatur, maxime cum ab eodem cum fuerit nouum non defecatum, in quantum autem euaporat uideretur esse aque magis, dictum enim est q; illa que uaporant sunt aque magis, in quantum autem ingrossatur a calido, uidetur esse commune aque & terre, coagulata enim a calido dictum est esse communia terre & aque. Secundo cum dicit. Causa autem quia nec. Dissoluit dubitationem dicens, q; causa dubitationis dicte est, quoniam uinum non dicitur omnino secundum unam rationem, sed uel equiuoce uel secundum analogiam, & dictum secundum aliam & aliam rationem, aliter & aliter se habet ad dictas passiones, euaporationem, scilicet, & ingrossationem. Est enim quoddam uinum nouum adhuc non defecatum non depuratum per separationem terrestris imixti, & tale plenus habet de terra quam antiquum & defecatum, & propter hoc ingrossatur a calido per educationem humidum in parte & commixtionem cum sicco in parte, & non potest bene coagulari congelando a frigido, habet enim multum terre propter quod ingrossatur a calido, & multum calidum propter quod prohibet congelari a frigido, & tale est uinum quod crescit in archadia puincia grecie in qua est corinthus. Si enim positum in utribus, ponatur ad fumum uel ad solem coagulatur a calido educente humidum ad modum salis, & tale est uinum coniunctum terre & aque, magis autem terre sicut sal, aliud autem est uinum defecatum, & debile ualde quod propter debilitatem congelatur, & tale est aqua magis, & uaporando consumi potest. Si autem dicatur q; omne uinum uniuersaliter feces habet, & terrestre & quod potest separari ab eo

cum etiam habeat humidum aqueum, tunc proportionaliter habet uirtutem utriusque siue terre & aque, si enim plus humidum terrestre plenus habet uirtutem de natura terre, si autem plus habet de natura humidum grossi, plenus habet de natura aque, si autem equaliter, equaliter. Consequenter cum dicit.

Quecunq; autem a frigido ingrossantur terre. Quecunq; autem ab ambobus communia plurimum, uelut oleum & mel & dulce uinum. Constitutorum autem quecunq; quidem coagulata sunt a frigido aque, uelut glacies, nix, grandis, pruina.

Declarat cuius uel quorum sunt ingrossata uel coagulata a frigido uel ab utroque dicens, q; ea que ingrossantur a frigido sunt terre magis, in talibus enim parua solet esse humiditas, multa autem caliditas que compressa a frigido circumstante humiditate defleat, uel euaporando educit, sicut apparet in melle quod a frigido ingrossatur, alia autem que ab ambobus ingrossantur, scilicet, calido & frigido sunt communia terre & aque. Si enim a frigido ingrossatur primo necesse est inesse terram & aquam secundario, & calidum quod compressum a frigido exalet coeducendo humidum. Si autem a calido ingrossatur necesse est inesse terram & aquam, ut aqua educata per calidum terrestre siccum consistat, in grossatio enim fit per humidam educationem & consistentiam sicci, sunt autem huiusmodi sicut mel & oleum & uinum dulce, illa autem que coagulata sunt a frigido solo sunt aque magis sicut glacies & nix & grando & pluuia, hec enim per solam compressionem a frigido coagulatur, quod est humidum aquei solum. Consequenter cum dicit.

Quecunq; autem a calido terre, uelut later, caseus, nitrum, sales.

Ostendit cuius uel quorum sunt dura uel mollia, & primo ostendit cuius uel quorum sunt per naturam coagulationis. Secundo cum dicit. Quonia igitur liquabilia, per naturam liquationis. Adhuc primo ostendit cuius uel quorum sunt coagulata a calido, secundo cum dicit. Quecunq; autem. Cuius uel quorum sunt coagulata ab utroque, in prima parte dicit, quod illa mollium uel durorum que coagulatur

a calido sunt terre magis sicut later. ca-
seus nitrū & sales. calidū enim coagu-
lat consumendo humidū uel educendo
quo cōsumpto uel educto constat siccū
uel q̄ nō esset terre magis. deinde cū. d.

Quecunq; aut ab ambobus. talia aut
sunt quecunq; infrigidatiōe. Hec aut
sunt quecunq; amborū priuatione &
calidi & humidi simul egrediētis cū
calido. Sales quidem enī humidū so-
lius priuatione coagulatur. & q̄cun-
q; sincera terre. Glacies aut calidi so-
lius. Hec autē amborū: ppter quod
& ab ambobus: & habeāt ambo.

Ostendit cuius uel quorū sint coagula-
ta ab utroq; & primo ostendit q̄ coagu-
lata ab utroq; sunt cōla terre & aque. se-
cūdo cum dicit. Quorūcunq; igit totū.
Assignat quandā diuersitatē. in prima p-
te dicit. q̄ illa que coagulāt ab utroq;. s.
calido & frigido successiue. s. sunt cōla
terre & aque. in talibus enī sicut dictū
est prius. a calido educitur humidū aut
cōsumit. deinde aut a frigido superue-
niente residuū fortiter cōprimīt cum
sicco. quare tale cōe est hūido & sicco. s.
terre & aque. huiusmodi aut sunt in q̄-
buscunq; a calido superueniēte humi-
dum cōsumit aut educit in parte. & re-
siduum infrigidatiōe superueniēte for-
titer cōprimīt. hec aut sunt que coagu-
latur priuatione amborū. s. calidi & hu-
midi quod simul egredit. cum calido ex-
pulsio a frigido. sic aut nō coagulatur ge-
nera salis. sed magis priuatione. humi-
di solius a calido resolvente: & sūt ea q̄
sunt terre sincere a calido solo coagula-
tur. Glacies aut & cristallus coagulāt
priuatione calidi a frigido. hec aut q̄ di-
cta sunt prius. coagulatur ab ambobus. s.
calido educēte humidum. & frigido cō-
primente siccum fortiter. & ideo coagu-
lata ab ambobus. s. humido aqueo & sicco
terrestri. & per cōsequēs terre & aque p-
causam iam dictā. Deinde cum dicit.

Quorūcunq; quidem igitur totū ex-
sudauit: uelut later aut electrū. Ete-
nim electrū & quecunq; dicuntur
ut lachryme infrigidatione sunt: ue-

lut myrrha thus & gumi. Et electrū
aut huius generis uidet & coagulāt
Intercepta enī aīalia in ipso uidetur: a
fluuiō aut calidū exiens uelut cocti
mellis: cū in aquā dimissum euapo-
rat humidū: hec oīa terre. Et hec qui-
dem illiquabilia & imollificabilia.
uelut electrū & lapides quidā: ue-
lut pori qui in speluncis. Etenī hi si-
militer sunt his: & nō uelut ab igne.
sed ut a frigido exeūte calido coegre-
ditur humidum ab ipso exeunte ca-
lido. In aliis aut ab extrinseco igne.
Assignat circa hoc quandā diuersitatem
& primo tāgit unum mēbrum. Secūdo
cum dicit. Quecunq; aut nō totum. po-
nit alterum. circa primū considerandū
est q̄ quibusdā eorū que coagulatur ab
utroq; calido totum humidum nō cōti-
nuans eductum est. & remanet solū hu-
midum potens cōtinuare. in aliquibus
aut nō totum. dicit igitur q̄ illa a quib-
us a calido totum humidū nō continu-
ans exalauit a calido magis sunt terre.
ex quo enī cōstant separato humido nō
cōtinuante. oportet q̄ sint terre & sicca
quēadmodū later & electrū & uniuersa
saliter q̄cunq; dicta lachryme finaliter
coagulatur a frigido sicut myrrha & gū-
mi & thus. de genere enim talū est ele-
ctrū & coagulāt a frigido. cui signū
est q̄ aīalia inueniunt intercepta in par-
tibus eius & huius ratio est quoniā fm
aluēdū electrū & ē uernix. ex quibus-
dam arborib; profluunt. sunt enī gūme
& in recētibus earū emanationib; mus-
ce seu formice. aut similia animalia in-
uisant insidentia mox autē sequentū
stillarum influxu cooperiunt. remanēt
ergo in forma sua. nec putrescunt. quia
propter dictorum coagulationē fortē.
nec humidum egredi potest: nec aer in-
gredi. unde & quibusdam mos est ex eis
condire corpora mortuorū ne tabescāt
ceterum quod animalia in eis contenta
apparent. accidit quia lucentia sunt: in
oībus enim talibus. calidum egrediens
a fluuiō idest ab humido simul coedu-
cit humidum quemadmodū accidit in
melle cocto in aqua. Et istorum quedam

